Nº 5
39-298

GRANADA
Caja C
Legajo 33
Folio 7
Número 14

61—2
2.a 8.
13.

9-3-
311

Nº 3
35-126

Biblioteca Universitaria
A
39
Tabla
Número 398

del collegio dela compañia de Jesus de granada

17-13075

SCHOLION

IN OMNES NOVI TESTAMENTI LIBROS, QVO LOCI DIFFICILES, AVT ETIAM AMBIGVI, IVXTA ORIGINALEM Scripturæ phrasim, ac uetustißimorum Theologorum citationem, doctißimè ac exquisitè sunt explicati. Opus omnibus rectè diuinam scripturam secare uolentibus, longè utiliß.

Autore Tac. Nicolao Zegero Minorita.

PARS PRIMA.



COLONIAE AGRIPPINAE
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni, Anno
M. D. LIII.

del aposento del M. de Escriuan

REVEREN
DISSIMO IN CHRI
STO PATRI AC DOMINO D. GE-
orgio ab Ecmonda, Antistiti, Vltraiectino, T.
Nicolaus Zegerus Minorita S.

VM *tacita mecum cogitatio*
ne perquiro, Georgi insi-
gne præsulũ huius æui decus,
quemnã è tam innumera cla
rorum uirorum caterua mihi
possem deligere, cui meas ha-
sce uigilias consecrarem: tua
mihi tandem ingeritur Celsitudo, ipsam facilè iudicaui,
hoc quicquid est honoris, dignißimam: ut quam non
ignorarem, quàm incredibili soleas studioſos omneis
prosequi fauore, quàm magnificis attollere encomijs,
quanto humanitatis studio excipere: adhæc quàm
larga benignitatis consueueris impendere obsequia
ijs, qui aliquo eruditionis, pietatis, seu bonæ opinionis
titulo tuæ benignitati fuissent cõmendati. Norunt hoc
ij, quibus tecum familiarior incerceßit consuetudo: no
runt hoc uel maximè inopum ac pauperum uiscera,
quorum etiam nonnullos clandestinis donarijs con-
fouere haud dedignaris: nimirum prudenter in-

telligens quàm ex hac tua munificentißima beneficentia incomparabilem tibi ipſe compares recondaſq; the ſaurum, quem nulla prorſus uel temporum, uel cuiuſcunq; rei poterit præripere uel corrumpere iniuria. Iam ſi uerum eſt, quod magna ueteres autoritate ſtatuerunt, uirtutes omneis ita inter ſe eſſe coniunctas, ut uno ſocietatis uinculo contineantur, quum in hac ſic emineas ut qui maxime, uel hinc certò conijcere licet, & in cæteris uirtutibus haudquaquàm tui te eſſe diſſimilem. De eruditione uerò, quid referam? Quum alij pleriq; inter epulas ſuas atq; conuiuia ſoleant, aut de nouis rumoribus, aut de ſplendidorum equorum educatione, aut de opibus cumulandis, aut de id genus alijs negotijs terrenis, miſcere ſermonem, ſuaq; huiuſcemodi rebus ceu ſale quodam condire conuiuia: de nullo ſoles ipſe lubentius, quàm de arcanis literis diſſerere, atq; è ſacris uoluminibus quippiam, aut retruſioris philoſophiæ, aut quæſtionis, proferre in medium. Quod quũ amicis quibuſdam præſentibus, qui nobis hæc retulerunt, factum ſit, facile deprehenderunt præter ingenij feliciſſimi perſpicacitatemq;, & exquiſitißimi te in ambiguis rebus eſſe iudicij: & haudquaquàm uulgari præditum eruditione. Neq; uerò clam me eſt, hæc longo interuallo infra tuos eſſe profectus, neq; minus cum his tecum commune eſſe, quàm Mineruæ cum fele: nec in hoc ſanè, ut tuis inſeruiant uſibus deſtinantur: uerum dum ea tuæ iſti Celſ. nuncupo, nõ tam ut ei (quanq; alio-

alioqui per se illustri) plus aliquid honestæ famæ ac decoris accederet spectaui, quàm ut operi per se humiliori & ταπεινοτέρῳ, ut nonnulli fortasse iudicabunt, ponderis nonnihil & autoritatis conciliaretur. Quod si mihi contingat τὴν λευκὴν (ut Luciani uerbis utar) πρὰ σοῦ καὶ πλήρη ψήχου ἐνεχθῆναι, & hoc meum studium à tam probato uiro probari, fiet dubio procul ut & auidius desideretur à studiosis, & me mei laboris minus pœniteat. Hæc pauca tecum præsul Reuerendißime, quod reliquum est opportunius cum plebeio lectore transigã. Nolo enim grauioribus occupatum longiore sermone remorari. Apud Dyistemium, Mense Aprili. Anno à partu uirgineo M. D. LIII.

TACITVS

NICOLAVS ZE-GERVS PIO ANAGNO-STAE SALV-tem.

Peræprecium me facturum existimo, Christiane lector, si paucis indicauero, & quid in hisce nostris lucubrationibus expectare debeas, & quæ me potißimum causæ post tot tamq; insigneis utriusq; literaturæ interpretes ad hoc scholiorum opus consarcinandum permouerint. Primum itaq; (ne forte hic ut improbus conuiua pro merenda cœnam efflagites) intelligas oportet, non commentarios, sed scholia nos scribere, eaq; in salebrosos seu impeditos duntaxat locos: qui uidelicet, uel propter sensuum uerborúmue obscuritatem, uel propter lectionis ambiguitatem seu etiam deprauationem negocium facessere poterant studiosis. Omnium porrò omnibus quæstionibus, cauillationibus, nodis, assertionibus, hæresibus, ac difficultatibus occurrere ac satisfacere, præterquàm quòd id immen-

immensum esset opus postulaturum, longè etiam quod ingenuè fatemur ingenij nostri limites transcenderet. Eum itaq; sensum indicasse qui ipsius autoris primarius censebatur, easq; salebras ad quas simplex lector aut etiam mediocriter eruditus restitare posset submouisse contenti, reliqua omnia ab alijs petenda præteriuimus: nisi quòd pleriſq; in locis plures sensus eosq; probabiliores adscripserimus, prout uidebamus probatos autores uariare. Sequuti autem sumus (ne quis fortè nobis diffidat) probatißimos quosq; interpretes, sed potißimum uetustiores, quorum sententias nonnunquàm uel ad uerbum referre non dubitauimus. In hoc præterea ubiq; incubuimus, ut rem quoad licuit pauciſsimis uerbis explicaremus, ne quid usquam uerborum redundaret, & ne quid diceretur, quod haud ita multum ad argumenti negocium facere uideretur: ita tamen, ut ne dum compendium sectamur, dispendium feciſse, aut dum breues esse laboramus, Hora. in iuxta Horatianã sententiã obscuri (quod fere usuueni arte poët. re consueuit) deprehendamur. Porro de castiganda lectione initio quidem non erat animus quicquam admonere, quòd existimaremus loca omnia sacrorum bibliorum, quæ sunt aut fuere aliquando deprauata, iam tandem esse syncere & ad amußim restituta, maxime quum multorum exemplarium paucis ab hinc annis euulgatorũ, probœmia ac tituli magna fidei persuasione, magnoq; applusu id ipsum nobis pollicerẽtur.

Verum dum in ipso operis progressu, deprehendimus castigatores ipsas plus satis Græcorum tribuisse exemplaribus, ad quæ mox ubi discrepare uidebantur nostra restituenda putarunt λευκὴ σάθμη, uidelicet λίθον λδυκὸν (quod dicitur) signantes, neglecta interdum ueterum explanatorũ autoritate, qua nihil prius habendum erat: plus satis etiam fidei uetustis quibusdam latinis, citra iudicium curamq; discriminis habuisse, atq; adeo dum ad Lesbiam sese regulam accommodantes errores corrigerent, errores constituisse, uolui mus & hoc tædij deuorare, ut excussa accuratius ueterum enarratione atq; citatione: collatis insuper omni qua licuit diligentia, quaq; decuit fide, uetustis utriusq; editionis codicibus, uulgati interpretis uersionem pristinæ fidei atq; integritati quatenus fieri potuit restituceremus. Græcorum uerò editionem, ubi à ueterum theologorum enarratione lectioneúe, & simul à uulgata nostra uersione discrepare cernebamus, aliquot quidem locis restituimus, nimirum ubi euidens & certa suberat ratio, at idem ubiq; præstare propter ueterum exemplarium inopiam nequiuimus. Quoad tamen potuimus discrepantiam indicauimus, quo uidelicet alijs quibus uberior suppetet eiusmodi exemplarium copia, occasionem præstaremus hac de re diligentius requirendi, & quæ adulterata etiam in græcis sunt, restituendi, ut tandem etiam græcorum editionem habeamus, si non prorsus primario suo fonti red-

ti redditam, saltem minus temeratam, magisq; authenticam. Hanc tamen argumenti partem quum tandē intelligeremus prouectioribus ac grauioribus theologis fore molestam, si reliquo operi esset intermista, eamq; non addubitaremus, post locorum huiusmodi castigationem, haud magnopere usui futuram, consultò in operis calcem trāstulimus, ut posset etiam olim si ita uidebitur ab ipso opere seiungi. De rebus autem nihili aut exigui admodum momenti, ut de uocula quapiam, de syllaba, de copula redundante deficienteue, deq; id genus reliquis, à quibus nihil erat in sensu periculi, su peruacaneum duximus curiosius perscrutari. Quanquàm in huiusmodi, ubi opus erat ea loca tractare, nostra ipsa scriptura subindicamus quo pacto debeant legi. Vt autem hunc laborem subiremus (nam hoc alterum illud est, quod tibi non ignoratum cupimus) inter cæteras hæ potissimum nos res permouerunt, nempe quod complureis diuinarum literarum tyrones (quibus hic potissimum labor desudat) atque etiamnum alios non paucos impares cerneremus ad eos commentarios cōparandos, qui sufficere possint ad plenam totius noui instrumenti suppeditandam intelligētiam: deinde quòd neminem extare uideremus, qui omneis prorsus dicti instrumenti codices (quatenus difficiliores quosq; locos spectat) simili compendio illustrarit: nam alioqui post tot etiam commentarios, ea subinde edisserere quæ dilucidiora sunt, quàm ut quis possit

ambigere, aut requirere interpretem, nil aliud est ꝙ quod Græcorum habet prouerbium λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτειν: postremo quoque quòd nonnullos locos à recentioribus quibusdam sensu parum sano parumq; catholico, ab alijs etiam quanquàm non prorsus impiè, incommodiori tamen & coactiori interpretatione enarrari animaduerteremus. Et ut rectè citraq; praui dogmatis suspicionem enarrarint quotquot uulgo in precio quoquo modo habentur explanatores, tantam tamen inter eorum nonnullos cernere est diuersitatem, ut multi etiam ambigant, quorum in quibus sit sententia præferenda, quidúe potius amplectendum. His itaq; omnibus diligentius animaduersis, hoc scholiorum opus, quod cæterorum commentariorum quasi uice epitomes haberi poterit, pia quadam temeritate in publicum proferre præsumpsimus: quo uidelicet hoc ipso compendio, aliorum quidem uitetur tam in studijs quàm in rebus forte extrarijs dispendium, aliorum uero consulatur tenuitati, eademq; aliqua ex parte sarciatur: utriq; autem, & quotquot hoc fuerint labore adiuti in offensorio gradu, maiore cum uoluptate, denique ut minore cum negocio ita maiore cum fructu in sacrorum bibliorum uiridario diuersentur. Cauimus autem sedulo necubi temerè momũ aut cẽsorem alienorũ ageremus dictorum: quod sanè præterquàm quòd inuidiosum sit, & exiguã adferat lectoribus utilitatem, etiam arrogantis animi, qui porro à

Chri

Christiano scriptore abesse debet, probatur esse indicium. Vbi tamen quorundã enarrationes incommodiores, aut uidebantur insynceriores, dum probatiorũ uetustiorumq; sententias adscribimus, dum ab illorum interpretationibus dissentiẽtes, quod nobis probabilius indicabatur, adductis interdum ratiõibus proferimus, quid sacræ theosophiæ candidatis, quibus necdũ discernendarũ opinionũ accreuit iudicium, sequendũ sit, & à qualibus interpretamẽtis recedendũ, tacitè, modestè, & citra cuiusquã iniuriam suggerimus & indicamus. Cæterũ priusquam sermonem claudamus, illud nõ abs re fuerit hic indicasse, nos ad utrũq; iuxta paratos esse uel eorum quæ rectè monuimus, humiliter citraq; iactãtiam reddere rationem, uel ingenuè confiteri errorẽ, atq; etiã παλινῳδεῖμ, sicubi posterior cogitatio, quæ iuxta prouerbiũ, prudẽtior esse consueuit, lapsus aliquos aut cõpertiora suggesserit. Qua in re si quis alius anteuerterit, nostraq;, præsertim ea unde pietati periculum esse posset castigarit, huic multã etiam gratiam habituri sumus, tantũ aberit ut nobis iniuriã esse factã simus interpretaturi. Neq; enim arbitramur nostra omnia ita esse ubiq; ad unguẽ facta, pluteumq; ac ungueis demersos sapientia, ut nusquam pateat reprehensionis uel tergiuersationis locus. Homo sum, & humani nihil est à me alienum, coq; & hallucinari possum & labi. Verũ ne lapsus ipsi, seu etiã errores, si qui forte in hisce scriptis deprehendãtur, aut mihi sint aut

alijs

alijs pernicioſi uel periculoſi, eruditiorum & in primis eccleſiæ me ſemper caſtigationi & cenſuræ ſubijcio. Equidem ut probo diligentiam eorum qui id conātur, ita felicitatem admiror qui præſtare quoq; poſſint in ſcriptis ſuis, ne quid uſpiam poſsit ab ijs qui uel emunctiſsimi naris ſunt, reprehendi aut caſtigari. Noſtra certè mediocritas non iſthuc auſit polliceri, præſertim in hoc argumenti genere. Vale lector, quiſquis es, quem obſecro ut officij memor uti Chriſtiano dignum eſt, me uicißim pijs uotis ſupremo numini commēdes. Ex Dyſtemio, Menſe Aprili, Anno M. D. LIII.

Elo-

Elementa in marginibus adnotata autores indicant, quorum sequimur in explanationibus sententias: n litera excepta, quæ quid insinuet ob inuidiam declinandam impræsentiarum non indico. Nomina igitur autorum hæc sunt:

A.& Au. Augustinus.
A.& Am. Ambrosius.
An. Anshelmus.
B. Beda presbyter.
Bu. Budæus.
C.& Ca. Catena.
Cy. Cyrillus.
C.& Ca. Caietanus.
Ca.uel C. Calepinus.
E. Erasmus.
Eu. Euthymius.
Gr. Gregorius.
G.o. Glossa Ordi.
G.interdum Gagneius.
H.& Hi. Hieronymus.
H. Hilarius.
Ha. Haymo.

H.inter-

H. interdum Franciscus Hasselletanus.
Is. & Is.c. Isidorus Cla.
L. Lexicon.
M. Munsterus.
N. Nicolaus Lyranus.
O. Origenes.
O.im. Opus imperfectum.
Oc. Oecumenus.
Pe. Perottus.
P. Primasius.
R. Rupertus.
S. Stapulensis.
S. Stunica.
Θ. Theophylactus.
T. Thomas Aquinas.
V. Lau. Valla.
X. Chrysostomus.

IN LOCOS DIFFICILIORES EVANGELII SECVNDVM Matthæum scholia.

Ex capite I.

Liber generationis Iesu Christi.) Hebræorum more, hoc loco generatio, quam illi תולדות numero multitudinis dicũt, appellata ẽ qua videlicet voce frequẽtius q dẽ ortus & generis propagatio, nõnunquàm tamen etiam res gestæ siue תורות, id est, euentus, indicantur. Vt Gen. 5. a. Hic est liber generationis Adam Et Gen. 6. b. Hę sunt generationes Noe. Noe vir iustus atq; perfectus, &c. Itaq; quum dicit Euangelista, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahã, hoc ceu titulo totius rei summam, omnemq; euangelicæ huius narrationis præsignat historiam. Secundum Chryso. autem, ab ipso omnium fonte & capite bonorum librum suum vocauit. Deo siquidẽ homine facto, illa, inquit, omnia quę sequuntur iuxta ordinem & rationem consequuntur.

Dauid autem Salomonem. Quod Lucas à Dauide שלמה per

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Luc.3.f. per Nathã Mathatha & reliquos, generationem deducendam putauit, Matthæus verò per Salomonem, Rhoboam & sequentes, vsque ad Ioseph, vterque diuino id consilio fecisse credendus est, vt Lucas sacerdotalem (iuxta quod vituli, animalis immolatij typus hunc figurauit) Matth. regalem familiam demonstrans, sanctiorem ipsam originem demonstraret.

A.in Luc.

Ex ea quæ fuit Vriæ. Subaudi vxor nomine Bethsabee. Nota autem historia est, quomodo hanc Dauid viuo adhuc marito cognitam, post in prælio Vria extincto, acceperit vxorem. Vide 2. Regum capite vndecimo.

Ioram autem genuit Oziam.) Secundum fidem historiæ Ioram non genuit Oziam, sed Ochoziam: qui filium habuit Ioas, & hic item Amasiam, à quo tandem Ozias altero nomine dictus Azarias progenitus est. Verum Euãgelista treis illos reges è medio sustulit, quum quòd ipsius propositũ esset treis texere diuersorũ temporũ tessaradecades, tum quod Ioram vxorẽ accepisset crudelissimam Athaliam Amri filiã malitiæ suæ consortem, & impijssimæ Iesabelis imitatione filiam, vtpote quę omneis regij semi nis filios perimere conata sit. vt dum trina hinc generatio subtrahitur, quàm factum illud reprehensibile sit ostenderetur.

1.Para 3. H.

4. Re.8.g.

Et post transmigr. Babylonis Iechonias genuit Salathiel.) Diuus Hiero. ne non essent in tertia tessaradecade 14. docet Iechoniam priore loco positum, nempè ante transmigrationem Babylonis, patrem esse

esse eius qui post transmigrationem Salathiel genuisse scribitur: & illum eũdem esse q & Iehoiakim altero nomine dictus est, hũc autẽ illius filium eundem qui duobus mutatis elementis Iehoiachin appellatus est. יהויקים יהויכין

Iacob autem genuit Ioseph ui. Mariæ.) Qui constet quòd Ioseph patẽ à Matthæo Iacob, à Luca verò Eli describitur: quoniam hunc nodum ab Aphricano quodam scriptore vetustissimo, quem cæteri sequuti sunt, solutum agnouimus, ipsius verba prout à Beda in Lucam recitata legimus subscribam. Alias Melchi. Mathan, inquit, & *Matthat diuersis temporibus de vna eademq; vxore Estha nomine singulos filios procrearunt. Quia Mathan, qui per Salomonem descendit vxorem eam primus acceperat, & relicto vno filio Iacob, defunctus est. Post cuius obitum, quoniam lex viduam alij viro nõ verat nubere *Mathat qui per Nathan genus ducit, quum esset ex eadem tribu, sed non ex eodem genere relictam Mathæ accepit vxorem, ex qua ipse accepit filium nomine Eli, per quod ex diuerso patrum genere efficiuntur Iacob & Eli interim fratres. Quorum alter, id est, Iacob fratris Eli sine liberis defuncti vxorem ex mandato legis accipiens genuit Ioseph, natura germinis suum filium, propter quod & scribitur, Melchi. Iacob autem genuit Ioseph. Secundum vero legis præceptum Eli efficitur filius, cuius Iacob quia frater erat vxorẽ ad suscitandũ fratri semen acceperat. Et per hoc rata inuenitur atq; integra generatio, & ea quam Mat. enumerat di. Iacob autem genuit

Ioseph,& ea quam Lu.competentiobseruatione de signat di. Qui putabatur esse filius Ioseph, qui fuit Eli.Qui & ipse subsonante eadem dictione,Eli esse filius putabatur, qui fuerat Matthat,quia legalē hāc successionem,quę velut adoptione quadam erga defunctos cōstat magis quàm germinis,veritatem cōperenti satis per hoc designauit indicio, obseruans Euā.ne omnino in huiusmodi successiōibus genuisse aliquem nominaret: per quod digna distinctiōe non descendens, sed ascendens vsq; ad Adam, & ad vsq; ipsum peruenit Deū.Hęc autem non nobis ad subitum reperta, aut absq; vllis autoribus commentata sunt:sed ipsi hæc saluatoris nostri secundum carnem propinqui,seu studio tanti seminis demonstrādi,seu docendi quæ secundum veritatem gesta sunt, tradiderunt.Hæc omnia Aphricanus.

Antequàm conuenirent. De connubiali coniūctione intelligendum est: non autē de consuetudine domestica:iam.n.despōsata in sponsi sui domo agebat iuxta morem quem antiquitus seruatū fuisse docet Chry.Hoc autem dicit euan.non vt futurā copulam indicaret,sed vt rei iam gestæ miraculum euidentius ostenderet.Nec enim ex hoc verbo consequitur aliquādo eos cōueniisse,non magis quàm ex illo,Melchior antequam pœnitentiā ageret,morte præuentus est,consequitur illum post mortem pœnitētiam egisse. Pluribus idem exemplis etiā ex ethnicorum literis comprobare poteram, sed res ipsa receptior est, quàm operæ precium me facturum existimauerim.

Et nollet eam traducere. Traducendi verbo elegā

ter

ter vſus eſt interpres pro infamia afficere. Quãquam græcum vocabulum παραδειγματίσαι variè explanãt alij propalare: alij lege decerni: alij expellere de domo: alij deformare: alij palam facere, ac punire: alij quod propriè accedit ad græcam vocem, exemplum facere.

Emmanuel quod eſt int.no. Deus. Emmanuel Hebræis compoſita vox eſt, ab עִמָּנוּ nobiſcum, & אֵל Deus: vel ex עִם id eſt, cum, & נוּ quæ eſt affixoria particula primam indicãs perſonam pluralis numeri, nempe nos, & ex אֵל id eſt, deus.

Et non cognoſcebat eam donec peperit.) Illud donec nequaquam certum tempus hoc loco ſignificat, ſed infinitum, quemadmodum & in illo: Sede à dextris mei, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedũ tuorum: & rurſus in illo, quod de coruo à Noë emiſſo dicitur. Non eſt reuerſus donec ſiccaretur aqua: atque ita in pluribus locis vtuntur hac voce literæ ſacræ. H.X. Pſal. 109. Gen. 8.

Primogenitum.) Primogenitus, inquit, Hiero. is vocatur qui vuluam aperit, & ante quem nullus eſt genitus, non quem frater poſt genitus ſubſequitur. Hie. adue. Helui.

Ex capite II.

HErodis *regis.*) Hic Herodes pater erat & Archelai, quem aliquanto inferius refert euangeliſta poſt patrem iam defunctum regnaſſe in Iudæa: & illius Herodis, de quo in paſsione domini legimus. H.

Magi. Vox Perſica eſt, quemadmodum & viri hi X.

Magorum vocabulo designati Persæ fuerunt, qua voce indicantur sapientes, philosophi, & sectatores artium. Quinimo & hariolos, mathematicos & astrologos hos fuisse ex ijs quæ Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, & Cyprianus scribunt, licet colligere, dum inter cætera quæ de his & horum scientia referunt, etiam à Balaam hos genus duxisse ex historijs commemorant, quem scriptura hariolum appellat: qui etiam vaticinium illud protulisse scribitur, Orietur stella ex Iacob, & consurget virga, vel (vt ipsi iuxta Septuaginta legunt) homo ex Israel, & percutiet duces Moab, & cæt. atque hoc vaticinio hos ipsos magos putant ad quærendum regem partim fuisse incitatos. In hoc tamen Hieronymus dissentit cũ Ambrosio & Chrysostomo atque etiam Basilio, quòd hi etiam maleficis artibus hos Magos imbutos fuisse intelligere videantur, id quod ille negat. Qui etiam hoc philosophorum genus tantæ apud Chaldæos & Babylonios autoritatis fuisse ex Daniele comprobari dicit, vt reges ac principes omnia facere ipsorum arbitrio non dubitarent. Porrò, quod hi Magi reges fuerint equidem nusquàm reperio, præterquàm in Glossa ordinaria. In commentarijs verò qui Hieronymo adscribuntur super psalmos, ipsos lego exordium ac typum prætulisse gentium & regum creditorum: atque hac occasione & ratione in ecclesiastico cultu diei epiphanias decantari autumo illud psalmographi, Reges Tharsis & insulæ munera offerent: reges Arabum, &cæ. Quanquàm interim probabile est haudquaquàm ipsos viros fuisse vulgareis aut plebeios, qui tam magnifica scribuntur obtu-

A. in Lu. 2. Hie. in Ies. 47. Chryto. 2. in ser. ser. de epipha. Cyin sermone de stella & mag. Nu. 22. a. Ibi. 24. c. B. de hum. C. incarnatione. Hie. in Dan. 2.

Psal. 71.

obtuliſſe munera. Cætera quæ de his Magis & de ſtupenda viſæ ſtellæ effigie refert is qui commentarios ſcripſit in Matthęũ imperfectos Chryſoſtomi titulum præferentes, non minus admiranda quàm plauſibilia, ob prolixitatem vitandam hic prætermitto: ſatis habens locum indicaſſe, vnde ea poſsint peti.

Venimus adorare.) ἤλθομεν præteriti temporis eſt.

Et *tu Bethlehem terra Iuda, nequaquàm minima es in principib. Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſrael.* Beatus Hieronymus enarrans Michæę ca. 5. indicat hoc teſtimonium nec cum Hebręis nec cum Septuaginta congruere interpretibus: putatq; euangeliſtam ſtudio ita vt à ſcribis & ſacerdotibus prolatum erat poſuiſſe, quo illorum redargueret erga diuinæ ſcripturæ lectionem negligentiam. Verum collatis inter ſe editionibus in verbis nonnullam video diſſonantiam, cæterum in ſenſu nullam aut quàm minimam, præſertim inter euangeliſtę ſermonem & prophetæ contextum hebraicum, niſi fortè id impiè prætermiſſum ſentiat quod vel maxime erat adnjciendum, nẽpè quod prędictis ſubiungitur, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Hebræa enim, ſi quis forte requirat ad hunc habent modum:

וְאַתָּה בֵּית־לֶחֶם אֶפְרָתָה צָעִיר לִהְיוֹת בְּ
בְּאַלְפֵי יְהוּדָה מִמְּךָ לִי יֵצֵא לִהְיוֹת מו
מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל׃

Id eſt, Et tu Bethlehem Ephrata paruula

es in ducibus siue magistris, vel milibus Iehuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. Euangelium autem hebraicum propius etiam accedit ad euangelistæ sermonem duobus insertis verbulis לא & בעבי, nequaquam, & in populo: nequaquàm minima es, in populo meo Israel. Septuaginta vero interpretes hoc habent modo, καὶ σὺ βηθλεὲμ ὁ οἶκος ἐφραθᾶ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν ἰούδα. ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα τῷ ἰσραήλ. Et tu Bethleem domus Euphrata minima es vt sis in milibus Iuda, ex te mihi egredietur vt sit princeps Israelis. Porro euangelium græcum ita habet. καὶ σὺ βηθλεὲμ γῆ ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὃς ἵξει ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν ἰσραήλ. Et Bethleem terra Iuda nequaquàm minima es in ducibus Iuda: ex te enim mihi egredietur dux, qui regat populum meum ipsum Israelem. Quorum vnus ferè omnium sensus hic est. Tu ó Bethlehem terra seu habitatio Iuda, olim dicta Ephratha, haudquaquàm despectu ac vilis habeberis ob id, quòd videaris parum ferax esse præpotentium & sublimium virorum, ex te enim proditurus est princeps, qui dominaturus sit non modo tribui Iudæ, verum etiam vniuerso populo Iacob. Poterit quoque hebraica lectio percontatiuè seu admiratiuè pronunciari, Et tu Bethlehem Ephrata nunquid exigua es in principibus Iehuda? atque hic subaudiatur negatio, deinde inferatur negationis causa: ex te mihi egre-

Gen. 35. c.

hi egredietur,&cæte. & hoc pacto expressum intelligimus ab alijs quod subauditur apud Hebræos. Illud tamen vnum quod pro מאלפי Hieronymus cum Sep. vertit in milibus non modo dissonantiam aliquam,verum etiam maiorem adfert obscuritatem, quod equidem miror magis illis placuisse quàm in ducibus.Sed ne vel in hac ipsa lectione hæreas,sensus eius hic esse poterit. Tu Bethlehem terra Iuda eademq; Ephrata dicta,licet infimę sis sortis reputata in milibus Iuda, hoc est, in numerosa illa multitudine populi Iudaici, futurum est tamen, vt sublimis & excelsa habearis,propterea quòd proditurus ex te sit princeps, qui regat &c. Quod autem Bethlehem ipsa sit Ephratha,aut saltē in Ephratha liber Gen.ostendit,in quo scriptura commemorat, Mortua est Rachel,& sepulta est in via quæ ducit ad Ephratha,hæc est Bethlehem: & rursum illud quod in Iesu Naue iuxta Sep.non tamen iuxta aliorum legimus editiones,Thęco & Ephratha,hęc est Bethlehem &c. In principibus dictū est, pro quoad principes,consuetudine hebr. H. H. Gen.35.c. Iosue 15.f.

A bimatu,etiam infrà.) Bimatus spatium est duorum annorum.

Vox in Rama audita est.) Autor græci euangelij hebraicam vocem רמה rama reliquit veluti locū significaret:non minus tamen quadrabit si pro excelso accipiamus,vt sic dicamus:vox in excelso audita est,quàm si pro ciuitate illa Rama dicta, quæ est in tribu Beniamin iuxta Gabaa, vt intelligamus à Bethlehem ad eam vsq; ciuitatem auditam esse vocem plorantium & vlulantium. H.

Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt, & cæt.) De Rachel, inquit Hieronymus, natus est Beniamin in cuius tribu non est Bethlehem. Quæritur ergo, quomodo Rachel filios Iudæ, id est, Bethlehem quasi suos ploret, Respondebimus breuiter: Quia sepulta sit iuxta Bethlehem in Ephratha, & ex materno corpusculi hospitio matris nomen acceperit. Siue quoniam Iuda & Beniamin duæ tribus iunctæ erant: & Herodes præceperat non solum in Bethlehem interfici pueros, sed & in omnibus finibus eius: & per occasionem Bethlehem intelligimus multos etiam de Beniamin fuisse cæsos. Plorat autem filios suos, & non recipit consolationem, secundum duplicem intelligentiam: siue quòd eos in æternum mortuos æstimaret: siue quòd consolari se nollet de his quos sciret esse victuros. Origenes autem, veteres aliquot in ea fuisse sententia indicat, vt putauerint Rachel ploraſſe filios suos quasi nihil passos in aduentu vel pro aduentu domini, & quasi non essent, existimasse ad illos qui pro domino mortui essent, & coronam tulissent martyrij: quanquàm equidem hanc interpretationem magis piam existimauerim quàm doctam. Rachel ergo pro ipso loco in quo sepulta fuit, ac locis finitimis accipitur.

H.

Quod dictum est per prophetas: quoniam Nazaræus uocabitur.) Nazaræus sanctus interpretatur: & id cognominis passim Meschiæ tribuunt arcanæ literæ: atque ob id in genere dictum putant, per prophetas.

Ex

Ex capite III.

LOcustæ.) Hoc loco, si vetustioribus fidimus autoribus, non herbas aut fruticum extremitates, summitatesue significant, vt nonnulli arbitrantur: nec rursus genus illud locustarum, de quo Plinius libro Naturalis Historiæ vndecimo capite vigesimonono, & alibi, scribit satis prodigiosa, sed animacula quædam in scripturis sæpe nominata, secundum vsitatam & notam acceptionem significant: Neque id mirum aut absurdum cuiquam videri debet, si Baptistam intelligamus locustis victitasse, ijs videlicet quæ terrestria sint animalcula, quum Plinius (Li. 11. ca. 29. & Li. 6. ca. 30.) testetur etiam populos quosdam ac regiones, nominatim Parthiam, eiusmodi habere & esitare cibum, & à nonnullis etiam locustam fumo & sale durari in annua alimenta. Vnde etiam beatus Hieronymus libro aduersus Iouinianum secundo, Orientaleis, inquit, & Libyæ populos, quia per desertum & calidam eremi vastitatem locustarum nubes reperiuntur, locustis vesci moris est. Hoc verum esse Iohannes quoque Baptista probat. Hactenus ille. Huc accedit quod apud Leuiticũ capite 11. etiam locusta inter animalia munda, & quibus vesci licitum erat, expresse recensetur. Cuiusmodi autem fuerit hoc locustarum genus, apertè nos docet homilia quædam in Marcum Chrysostomo inscripta: certius tamen idem nobis tradit beatus Hieronymus, vtpotè certus sanctæ illius re-

Clito.

Homi. 2.

regionis explorator & incola : qui in commẽt. super Ionam ca. 4. de locusta beati Baptistæ victulo quens, Animal est, inquit, paruum infirmas habens alas, de terra quidem surgens, sed altius non valens euolare, vt plus sit quàm reptile, & tamen auibus non æquetur. Eandem quoq; de locusta opinionem & in terræ sanctę vetustissima quadam descriptione reperimus, vbi & de melle syluestri ita scriptum erat.

Mel syluestre.) In eodem, inquit, deserto sunt arbores folia lata & rotunda lactei coloris & mel liti saporis habentes, quæ natura fragilia manibus confricantur. Hoc esse mel syluestre dicit. Huic sententiæ adstipulatur & Rab. quem adducit Lyranus. Verum ex eo quòd ab antiquioribus idipsum proditum non video, arbitror magis illos simpliciter de melle apium agrestium, quod in arboribus & scissuris petrarum reperitur intellexisse, iuxta Euthymij & Theo. expositionem.

Et ne uelitis dicere.) Interpres noster nonnihil recedit à sermone græco, quemadmodum & Eras-
n. mus, qui vertit, ne sitis hac mente vt dicatis. Græcè enim est: καὶ μὴ δόξητε λέγειν, pro quo commodius Opus imperfectum adstipulante & Hilarij commento habet, Nolite gloriari dicentes. Volebat enim beatus Iohannes, ne Iehudæi hoc nomine gloriarentur, sibiq; placerent, quòd patrem haberent Abraham. Chrysostomi tamen interpres cum vetere consentit lectione, vertens ne velitis di-
hic. li. 3. c. cere. Irenęi interpres vertit, nolite dicere.

Filios Abrahæ. Est quidem Abrahæ græcis datiui casus

casus, sed qui per antiptosin genitiui voce positus sit, quemadmodum & ibi, υἱὸς μονογενὴς τῇ μη- n. Luc. 7. b. τρὶ αὐτοῦ, filius vnicus matris suæ. Neque enim de Abraham hic agit, vt dicat illi aut ad illius gloriam suscitandos filios, sed de spiritualibus loquitur ipsius filijs.

Ipse uos baptiza. in Spiritu sancto & igni.) Hebraismus est, pro abluet vos à sordibus peccatorum, dato vobis Spiritu sancto qui veluti ignis quidam vos purgabit, illuminabit, & inflammabit.

Cuius uentilabrum in manu sua: & permundabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum: paleas autem &c.) Hoc paradigmate præsignabat futurum vt Christus secerneret pios ab impijs, illosq; sibi coaceruaret in æternę securitatis horreum collocandos, hos verò, æternis ignibus excruciandos. Ventilabrum instrumentum est quo grana in altum proiecta & quassata à paleis repurgantur. Area planicies est indurata, in qua teruntur & excutiuntur frumenta: verum hic per metonymiam pro segete & frumento ponitur, nimirum continens pro contento. Paleæ hoc loco non proprie follicula illa quibus grana includuntur, sed culmos ipsos, & quicquid illud est quod cum grano natum à grano secernitur & abijcitur. Opponitur enim hic palea tritico. Vētilabrū. Area. Palea.

Et *uidit Spiritum* Dei *descendentem sicut columbam, & uenientem super ipsum.* Non ad Baptismam, sicuti quidam neotericorum, prȩter aliorum explanato-

natorum autoritatem arbitratur, atque enarrat, sed ad Christum hæc referenda sunt, vt intelligamus hic euangelistam insinuare à Christo visum esse Spiritũ sanctum, qui descenderit ac venerit in ipsum, nempe Christum. Id enim satis aptè liquet ex verbis quæ euangelista immediatè præmittit dicens, Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei &c. Vidit quidem eandem hanc visionem & Iohannes Baptista,
Ioh. 1. e. verum id non hic euangelista sed Iohannes tantum commemorat vbi dicit. Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super
n. eum. Neq; huic sententiæ obstat quod hic non ἐφ' αὐτὸν id est, super se, sed ἐπ' αὐτὸν scriptum sit, id est, super illum vel super ipsum, quum etiam & per αὐτὸς leuigatum frequenter fiat reciprocatio, vt patet ex illo Luc. 12. Οὐδὲ Σολομῶν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλλετο ὡς ἓν τούτων. Et rursus ex illo 1. Co. 7. καὶ τοῦτο κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ τοῦ τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ παρθένων. Et propterea fortasse potius ἐπ' αὐτὸν quàm ἐφ' αὐτὸν scriptum est, vt intellige remus reciprocationem longius se extendere, nimirum non ad Spiritum sanctum, quod proximè præmittitur, sed ad Iesum, quod altius præmissum est. Eodem etiam consilio puto & ab Interprete non in se, sed potius in ipsum versum esse: ita enim fideliora habent exemplaria, & sic est in Marco. Nam & in
Mar. 1. hac voce, ipse, vis quædam subest reciprocandi: at non tanta vt ea spiritus subaudiri possit, sicut in illo, super se.

Ex capite IIII.

In

IN *desertum à Spiritu.*) Articulus additus ὑπὸ τοῦ πνεύματος declarat de spiritu sancto accipiendum, nimirum cuius in fine præcedentis capitis meminerit. E.

In regione umbræ mortis.) Quod græcè legitur ἐν χώρᾳ © σκιᾷ θανάτου in regiõe & vmbra mortis, iuxta Sep. editionem positum est, quum hic Eua. Hieronymo teste, hebraicam magis sequatur veritatem, in qua scriptum est בארץ צלמות in terra, siue in regione vmbræ mortis, duabus tantummodò dictionibus quarum posterior ab vmbra & morte compositionem habet, vt intelligas profundissimas tenebras, quales sunt mortis, & regionem caliginosissimam designari. n.

Ex capite V.

BEati *pauperes spiritu.*) Alij id de vltronea accipiunt egestate, alij de animi modestia atq; dejectione. Atqui prior sententia mihi magis probatur, tum quòd Bea. Luc. spiritus vocabulum non adiiciat, tum quòd vtrobiq; sit πτωχοὶ quod propriè mendicos declarat. Luc. 6. c

In quo salietur?) Subaudiendum sal. Tanquàm si dicat. Si sal semel infatuatum fuerit, siue computruerit, non erit vnde possit ipsius virtus restitui. Quo quid significauerit dominus, satis arbitror esse manifestum.

Qui ego soluerit u. de man. istis mi. & do. sic homines mi. uo. in reg. cœ.) D. Hiero. hæc cũ superioribus coniungit, vbi dictũ est, iota vnũ, aut vnus apex non præteribit à lege, docetq; hic sugillatos Pharisæos, q

con-

contemptis mandatis Dei proprias statuebant tra-
ditiones: quòd nihil eis prodesset vel huiusmodi tra
ditionum obseruatio vel doctrina, nisi etiam mini-
ma quæq; legis diuinæ obseruarent. Chryso. autem
atq; item alij hæc de subiectis paulo inferius & reli-
quis nouæ legis mandatis tradunt intelligenda. Si
quis copiosius super his edoceri voluerit, videat cō-
mentarios imperfectos titulo Chry. Cæterum re-
gnum cœlorum quidam putant hoc loci pro præ-
sentis temporis ecclesia accipiendum: nil tamen ve-
A. tat quò minus etiam de perpetuo Christi regno ac-
cipiatur.

Sine causa *Omnis qui irascitur fratri suo * reus erit iudicio. Qui autem di. fratri suo ra. reus erit cōcilio. Qui autē dix. fa. reus erit ge. ig.* Vbiq; subaudiendum sine cau
sa aut temerè, id est, εἰκῆ, quod in græcis semel expri-
mitur, vt legunt vetustissimi scriptores, vno Hieron.
dempto, qui εἰκῆ radendum putat. Alioqui si de
qualibet ira, & quolibet conuitio accipias, peccasset
& Christus, qui dicebat, ô stulti & tardi corde: pec-
casset & apost. qui dicebat, ô insensati Galatæ, quis
vos fascinauit. Iam quid interfit inter eum qui irasci
tur, & eum qui dicit raca, & eum qui dicit fatue: rur
sus quid discriminis sit inter reum esse iudicio, con-
cilio, & gehennæ ignis, probè expressit D. Aug. his
verbis. Gradus, inquit, sunt in istis peccatis, vt primo
quisq; irascatur, & eum motum contineat corde cō-
ceptum. Iam si extorserit vocem indignantis, ipsa cō
motio nō significantē aliquid, sed illū animi motū
ipsa eruptione testantē qua feriatur ille cui irascitur
plus est vtiq; quàm si surgens ira silentio pmeretur.

Sin

Sin verò non ſolum vox indignantis audiatur, ſed etiam verbum quod iam certã eius vituperationem in quẽ profertur deſignet, quis dubiret amplius hoc eſſe, q̃ ſi ſolus indignationis ſonus ederetur? Itaq; in primo vnum eſt, id eſt, ira ſola: in ſecundo duo, ira & vox quæ iram ſignificat: tertio tria, ira & vox, & in voce ipſa certæ vituperationis expreſsio. Vide nunc etiã tres reatus, iudicij, concilij, & gehennę ignis. Nã in iudicio adhuc datur defenſioni locus. In cõcilio aũt quanq̃ & iudicium eſſe ſoleat, tñ, quia intereſſe aliquid hoc loco fateri cogit ipſa diſtinctio, videtur ad concilium pertinere ſententiæ prolatio, quando non iam cum ipſo reo agitur vtrum dãnatus ſit, ſed inter ſe qui iudicant conferunt, quo ſupplicio dãnari oporteat, quem conſtat eſſe damnandũ. Gehẽna verò ignis, nec damnationem habet dubiã, ſicut iudicium, nec damnati*pœnam, ſicut concilium: in gehenna quippe ignis certa eſt & damnatio & pœna dãnati. Porro רקא racca Hebręis veluti interiectio nis particula eſt qua indignantis atq; commoti animi produnt affectum. Ita propemodum Auguſtinus Hebræum quendam huius ſententiæ proferens autorem. Hieronymus autem, רקה ſcribens per ה idem eſſe tradit quod κενὸς id eſt, inanis aut vacuus, quem nos, inquit, poſſumus vulgata iniuria abſque cerebro nuncupare. Mihi quidem prioris ſentẽtia magis arridet, cui nec hoc probatur vt à ῥάκος .i. pannoſo, huius vocis ſignificãtia mutuet.

Sup. habet dubiam.

Raca verius vox chaldaica eſt.

n.A.

Prius reconciliare.) Imperantis eſt διάλλαγηθι.

Eſto conſentiens aduerſario tuo cito, dum es in via cum eo. Hoc ſermone, vt teſtatur D. Hie. ſaluator

noster dum in huius sæculi via currimus ad pacem & concordiam cohortatur, iuxta Apo. dicentē: si fieri potest, quātum ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. Cui sententiæ aptissimè respondent tam ea q̄ præcedunt, quàm quę subsequūtur. Adstipulatur & quod pro consentiens positum est ἐμνεῶν id est, beneuolus & benignus. Paulinus aduersariū interpretatur Spiritū & verbum Dei: quod nobis, inquit, peccantibus aduersatur. Nam & spiritus arguit mūdum de peccato. Et sermo Dei (vt Dominus in euan. contestatur) si ei non pareamus accusator noster erit: & tradet nos iudici verbo, qui rationem talenti sui vsque ad nouissimum quadrantem exiget, &c.

Rom. 12.

Pa. ep. ad Aman. 1.

Scandalizat te.) Id est, offendiculo, vel causa perditionis tibi est.

Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proijce abs te, &cæ.) Non ex causis (inquit Hilarius) peccantium membrorum corporis damna præcepta sunt. Dextero enim oculo non minus sinister erraret. Certè pes sensu concupiscentiæ carens damno inutilis est, in quem pœnæ causa non incidet. Sed quia diuersa inuicem membra, corpus tamen omnes vnum sumus, abijcere à nobis vel potius eruere propinquitates charissimorū hominum admonemur, ne in cōsortium criminis eorum de familiaritate veniamus: rectius vtilibus et maxime necessarijs tanquàm oculi & pedis membris carentes, quàm vsque in societatem gehennę vitiosę propinquitatis teneamur affectu. Possunt quoq; hęc membra ad animū pertinere, vt intelligamus intellectū, voluntatem, cogitationē, affectū, &c. quatenus nos scan-

G. o.

scandelizant resecanda. Quod autē additum est, dex ter, inquit Au. fortasse ad augendam vim dilectionis valet. Quanq̃ enim ad videndum isti oculi corporis cōmuniter intendantur: & si ambo intendantur æqualiter possint, amplius tamen formidant homines dextrum amittere: vt iste sit sensus. Quicquid illud est quod ita diligis vt pro dextro oculo habeas, si scandalizat te, id est, si tibi impedimento est ad veram pietatē, beatitudinē, erue illud & projce abste.

Omnis qui dimiserit uxorem. exce. for. causa, facit e. mœ. et qui di. d. adul. Sola igitur fornicatio diuortiū facit inter coniuges: ita tamen vt interim nec vir alteram ducat vxorem, nec vxor alteri nubat viro, viuente videlicet priore coniuge. Id siquidem Apostolus præcipit quum ait. Eis quę nuptę sunt præcipio, non ego, sed dominus, mulierē à viro nō discedere: quòd si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. Vbi & subaudiendum est excepta fornicatiōis causa. Ob quam, si forte dimiserit, sicut mulier ita & vir absq; coniuge persistere debet, aut vxori reconciliari. 1.Cor.7.b.

Non periurabis, reddes aūt domino iuramēta. Hoc est, nō falsè iurabis, vel nō infringes iuramentū tuū, sed persolues veluti obnoxius etiā Deo, nedū homini. Alij per hoc quod dicitur, reddes autē domino iura. t. intelligūt non per creaturas, sed per creatorem Iudęis præceptum fuisse iurare. Scriptum est enim Deut. ca. 6. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. E. G.o.

Ego aūt dico uobis non iurare oīo, neq; per cœlum quia thronus Dei est: neq; per terrā, quia scabellū, etc.

Sit autem sermo uester est, est: non, non: quod autem his abundantius est à malo est.) Sunt inter vetustissimos scriptores, qui ita hunc locum edisserant vt prorsus omne videantur damnare iuramentum: q̃ scilicet inter Christianos sanctior, ac firmior esse debeat sermo simplex, quàm apud hebraicum illum populum quamlibet religiosum iusiurãdum. Atque id sanè prima facie videtur sensus habere euangelicus. Verum Diuus Augustinus adductis rationibus comprobat iuramentum licitum & absq̃ crimine esse, quum non temerè sed necessitate cogente adhibetur. Sic enim scribit præsentem edisserens locum. Iustitia, inquit, Pharisæorum est non periurare: hanc confirmat qui vetat iurare, quod pertinet ad iustitiam regni cœlorum. Sicut enim falsum loqui non potest, qui non loquitur: sic periurare non potest qui non iurat. Sed tamen quoniam iurat qui adhibet testem Deum, diligenter cõsiderandum est hoc capitulum, ne contra præceptum domini Apostolus feciſſe videatur, qui sæpe hoc modo iurauit quum dicit. Quæ autem scribo vobis ecce coram Deo, quia nõ mentior. & iterum: Deus & pater domini nostri Iesu Christi qui est benedictus in secula scit quia non mentior. Tale est & illud: Testis est mihi Deus cui seruio in spiritu meo in euangelio filij eius, quomodo &cę. Ni fortè quis dicat tunc cauendam esse iurationem, quum per aliquid dicitur quod iuratur: vt non iurauerit quia non dixit per Deum, sed dixit testis est mihi Deus. Ridiculum est hoc putare. Tamen propter contentiosos aut multũ tardiores, ne aliquid interesse quis putet,

X.

n.

Lib. p̃. de sermone do. inmõ.

Gal. 1. d.

2. Co. 11. g.

Ro. 1a.

putet, sciat etiam hoc modo iurasse Apostolum dicẽtem. Quotidie morior per vestram gloriã. Quod ne quis existimet ita dictum, tanquàm si diceret, vestra gloria me facit quotidie mori, sicut dicitur per illius magisterium doctus factus est, id est, illius magisterio factum est, vt perfectè doceretur, græca exẽplaria dijudicant, in quibus scriptum est, νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν, quod non nisi à iurante dicitur. ita ergo intelligitur præcepisse dominum ne iuretur, ne quisquam sicut bonum appetat iusiurãdum: & assiduitate iurandi ad periuriũ per consuetudinẽ delabatur. Quapropter qui intelligit non in bonis sed in necessarijs iurationem habendam, refrenat se quantum potest, vt non ea vtatur, nisi necessitate, quum videt pigros esse homines ad credendũ quod eis vtile est credere, nisi iuratione firmentur. Ad hoc itaque pertinet quod sic dicitur. Sit autem sermo vester est, est, non non. Hoc bonum est, & appetendum: quod autem amplius est, à malo est, id est, si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid suades: quæ infirmitas vtiq; malum est. Vnde nos quotidie liberari deprecamur quum dicimus, Libera nos à malo. Itaq; non dixit quod aũt amplius malum est. Tu autem non malũ facis qui bene vteris iuratione: quæ & si non bona, tamen necessaria est, vt alteri persuadeas, quod vtiliter persuades: sed à malo est illius cuius infirmitate iurare cogeris. Deinde & rationẽ subijcit quur dominus adiecerit, neq; per cęlũ, quia thr. Dei est, &c. Credo (inquit) propterea quia non putabant Iudęi se teneri iureiurando si per ista iurassent. Et quoniã

1. Cor. 5. d.

A malo est

audierant, reddes autem Domino iusiurandum tuum, non se putabant domino debere iusiurandum, si per cœlum, aut terram, aut per Ieroſolymam, aut per caput ſuũ iurarent: quod nõ vitio præcipientis, ſed illis malè intelligentibus factum eſt. Itaque dominus docet nihil eſſe tam vile in creaturis Dei, vt per hoc quiſq; peiurandum arbitretur: quando à ſummis vſque ad infima, diuina prouidentia creata regerentur: incipiens à throno Dei vſque ad capillum album aut nigrum, & cætera. Eandem quoque quæſtionem copioſiſsime pertractat ſermone de verbis Apoſtolorum 28. ſi quis copioſius edoceri voluerit.

Ego autem dico uobis non reſiſtere malo.) Sentit malum non eſſe propulſandum malo, vt vulgus hominum ſolet: alioqui licet reprehendere peccantes, licet & coercere.

Si quis te percußerit in dextram maxillam tuam præbe illi & alteram. Metaphora eſt: qua docet nos Chriſtus, vt tantum abſimus à cupiditate vindictæ, vt vltrò parati ſimus alteram potius iniuriam admittere, quàm malum malo penſemus.

Angariauerit mille paſſus.) Id eſt, onere impoſito compulerit, vt eas ad ſpacium vnius miliaris. Sic enim & Simon Cyrenenſis angariatus legitur. Vel angariare ſimpliciter dici poteſt, qui vi aliquem & inuitum ſecum deducit.

Ex capite VI.

Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra.) Hyperbolicè

bolicè dictum est, pro eo quod dici poterat. Tãrum absis ab ostentatione iustitiæ, vt ne coniunctissimo tibi eam manifestam esse velis.

Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur, &cæt.) Ad huius loci explanationem aduertendum trifariam posse distingui orationem. Est siquidem vna, qua à Deo quippiam postulamus, nempè de qua hic loquitur. Hanc itaque breuem quidem vult esse verbis, ne ethnicis videlicet similes simus, qui arbitrantur se non exaudiendos nisi multis & prolixis verbis explicent suum desiderium, quum pater noster vel antequam desideremus sciat quid simus petituri: sed eandem prolixam vult esse pio, feruentiq; ac iugi impetrandæ bonæ petitionis affectu. Quod ipsum vt & opere nos doceret saluator noster, pernoctasse in oratione legitur, vt habes apud Lucam capite sexto. Vnde & de Apostolis scriptum est Actorum capite primo, quod erant perseuerantes vnanimiter in oratione, & obsecratione. Alia est oratio quæ in laudibus, gratiarũ actionibus, lectionibus, cantibus & id genus cęteris pijs exercitijs consistit: ad quã ferè pertinent diurnæ illæ preces, quas horarias vocamus: quas nihil verat quo minus possint esse etiam verbis prolixæ, præsertim quum mysticus ille Psaltes dicat: Benedicam dominum in omni tempore, sem. laus eius in o.m. Vnde etiam in eiusmodi laudibus, quę propriè precationes vocantur, quas collectas dicimus, non nisi breuissimę sunt. Sunt vero & psalmi nonnulli deprecatorij, sed nec hi admodum

Vide Aug. de orando ad Probã. c. 10.

Luc. 6. c.

Psa. 33.

prolixi. Nam & psalmus ille cuius initium: Beati immaculati, quia prolixior quàm par erat videbatur, in quaternas partes diuersis decantandas temporibus distributus est. Tertium orationis genus est, quod in pijs consistit operibus: de qua vulgo illud Augustini fertur: Non cessat orare, qui non cessat bene facere. De quo etiam illud Apostoli primo ad Thessalonicenses 5. intelligi potest: Sine intermissione orate.

Sicut in cœlo & in terra.) Hysterologia est, hoc pacto conuertenda. Fiat voluntas tua in terra, sicuti fit in cœlo.

Panem nostrum supersubstantialem.) Vetustissimi interpretes hoc de spirituali potius cibo intelligendum tradunt, quàm de temporali. Spiritualis autem cibus noster ipse Christus est, qui in Euangelio
Ioh.6.c. loquitur: ego sum panis viuus qui de cœlo descendi, &cæt. vel sermo diuinus, de quo item scriptum
Mat.4. est, non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei: siue etiam panis Eucharistiæ qua ecclesia cotidiè vtitur. Cæterum quòd
Luc.11.a. hic supersubstantialem vertit interpres, idem apud Lucam cotidianum transtulit: & vtrunque significare potest græca vox ἐπιούσιος, tametsi ad verbum sonat supereſſentials, ab οὐσία essentia. Euthymius verò, de corporali hæc cibo intelligens, ἐπιούσιον, inquit, appellauit, quia ad corporis substantiam, vitam, & constitutionem conueniens est, Chrys. ho. in Iohan. 42. supersubstantialem interpretatur cotidianum.

Libe-

Libera nos à malo.) Articulus additus ὀπὸ τοῦ πονηροῦ, suadet de diabolo accipiamus.

Exterminant enim facies.) Exterminant impropriè dictum est pro demoliuntur, vel corrumpunt. Nam exterminat propriè qui extra terminos mittit profligatiue. X.

Vnge caput tuum, & fa.tu.laua.) Vngere caput, inquit, Aug. ad lætitiam pertinet: lauare autem faciem, ad mundiciam: & ideo caput vngit, qui lætatur interius mente atq; ratione. Hoc enim rectè accipimus caput quod in anima præeminet, & quo cætera hominis regi & gubernari manifestum est. Cæterum quod ad simplicem verborum sensum attinet, nihil aliud hic sentit Christus, quàm in benefactis non captandam ostentationem: nam ita subiungit, ne videaris hominibus ieiunans.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus t. fuerit simplex, totum cor. tu. lu. erit. Si autem ocu. tu. fuerit nequam, totum cor. &c. Rursus Aug. qui locus inquit, sic intelligẽdus est: vt nouerimus omnia opera nostra tunc esse munda, & placere in conspectu Dei, si fiant simplici corde, id est, intentione superna fine illo charitatis, quia & plenitudo legis charitas est. Oculum ergo hic accipere debemus, ipsam intẽtionem qua facimus quicquid facimus. Quæ si munda fuerit & recta, & illud aspiciens quod aspiciendũ est, omnia opera nostra q̃ secundũ eã operamur necesse est bona sint. Quę oĩa opera totũ corpus appellauit quod & apo. mẽbra nostra dicit, q̃dam opera quæ improbat, & mortificanda præcipit di. Mortificate membra ues. quę sunt fu. ter. fornicationem, Col. 3. a.

immunditiam, aua. &c. Deinde paucis interpositis exponens reliquam præsentis locipartem, nimirum, si ergo lumen quod in te est, ita subdit. Lumen dicitur, quia nouit quisq; quo animo faciat, etiam quũ malo animo facit. Sed ipsum lumen tenebræ sunt, quia non in superna dirigitur simplex intentio, sed ad inferiora declinatur. Si ergo lumen &c. id est, si ipsa cordis intentio qua facis quod facis, quę tibi nota est sordidatur appetitu rerum terrenarum & cæcatur: quanto magis ipsum factum cuius incertus est exitus, sordidum & tenebrosum est?

Si lumen quod in te est te. sunt ipsę te q. e.

Mammonæ. Mammona Syris diuitiæ nuncupantur, quas Hebræi עשיר & חנו vocant. ממונא

Ne soliciti sitis animæ uestræ. Animam hic & paulo inferius, pro vita posuit. Non dicit autem ne laboretis, sed nè soliciti sitis. Ergo soliciti esse veramur, laborare autem iubemur, dicente apostolo. Si quis non vult operari nec manducet. E.

Fœnum agri.) Fœnum, ex scripturæ consuetudine pro gramine positum est. E.

In clibanum. Id est, in furnum, vel in ignem.

Sufficit diei malitia sua.) Ac si dicat, secũdum eum qui Opus scripsit imperfectũ. Sufficit tibi labor & miseria quam pateris in vita propter vsus cotidianos quos necessarios habes. Noli superflue, pro superfluis laborare, ne labor quidem fiat tuus, fruitio autem alterius. Maliciam autem diei ipsam afflictionem appellat solicitudinum præsentium & laborũ.

Ex capite VI.

Nolite iudicare & non iudicabimini.) Vel ne iudicemini, secundum quosdam. Hoc sermone

ne docemur vt aliena facta, quæ quo animo fiant ignorantur, in bonum potius quàm in malum interpretemur. Nam de manifestis ita scriptum est. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Vt exempli gratia, Si quis virginem constupiasse manifestè deprehensus fuerit, nihil vetat quò minus de illo possit iudicari, atq; ita de cæteris. Nam & Petrus Ananiam & Sapphiram mẽdacij coarguit: & Paulus in Corintho iudicauit fornicantem. Rursus idem Timo. scribens delinquẽtes coràm omnibus argui iubet. Porro Hilarius hæc verba ad Christũ referẽda putat, iudicari ingens de spõsionibus suis vetuit: qa vt iudicia ex incertis rebus inter homines sumuntur, ita & hoc iudicium aduersum Deum ex sentiendi & opinandi ambiguitate suscipitur, quod penitus repellit à nobis, vt constans potius fides retineatur. Acto. 5. a.

Nolite sanctum dare ca. neq; mit. marga uest. ante por.) Ac si dicat, iuxta Opus illud imperfectum. Mandaui vobis diligere inimicos vestros, & non iudicare eos, vt vos exhibeam misericordes ad illos & benefaciatis eis de corporalibus vestris, non de meis spiritualibus bonis, quoniam in natura uobis communes sunt, & non in fide. Mandaui autem vobis vt non iudicetis eos qui in vobis peccauerunt. Id verò non ideo præcepi, vt mysteriorum meorum secreta non pandatis eis, qui nolentes me scire blasphemant & spernunt. Videte patrem uestrum Deum, ad cuius exemplum uolui vos esse misericordes, carnalia beneficia, dignis & non dignis similiter præstat: nunquid gratiam spiritualem? Nec enim dixi vobis de illo, quia Spiritum

S. iubet

S. iubet descendere super gratos & ingratos, & dat bñdictiones suas super iustos & iniustos. Propter q̃d in vestris quidē estote simplices & benigni, in meis aũt prudentes & cauti. Si quis exactius cognoscere velit quid canis, quid porci, quid sancti, quid margaritæ nominibus designetur, vide idem opus, vnde hæc deprompsimus.

A. *Petite & dabitur.*) Quod ad contextus cohęrentiam attinet, quoniam modo sancti & margaritarum, hoc est, mysteriorum Christianę sapientiæ meminerat, hic docet nulli ea contingere nisi persedulas præces atq; obsecrationes. Vel possunt hæc referri ad illa superiora vbi de præcatione mentio facta

G. o. est capite præcedenti: Ibi enim quid, & quomodo petere debeamus, edocuit: hic etiam confidentiam præbet, vt nihil hæsitantes petamus.

Quæcunq; uultis.) Hoc est, quicquid iuxta rectæ rationis dictamen velle æquum est.

Attendite à falsis prophetis.) Quum dominus p̃dixisset angustam esse portam, & arctam viam quaitur ad vitam, paucos quoq; reperire qui hanc ingre

Ca. diantur, hoc etiam adiecit ad instructionem discipulorum, vt quicunq; arctam hanc viam essent ingressuri, summo studio cauerent sibi ab his qui sub ouilla pelle lupos gestant rapaces, hoc est, qui speciē quidem habent pietatis, virtutem autem eius intantum non possident, vt eam & eius possessores persequantur. Hoc pro sermonis continuatione dictum sit.

Erat enim docens eos sicut potestatem habens. Quia videlicet non vt minister, aut simplex legis interpres ea

docebat

docebat quæ lex præcipiebat: sed vt dominus & autor legis, suo iure atq; autoritate addebat cõplebatq; quæ deerant legi. Vnde & dicebat. Audistis quòd dictum sit antiquis: ego autem dico vobis. O.imp. Mat.5.

Ex capite VIII.

VOlo, *Mundare.*) Diuisim legendum est, vt intelligas mundare imperantis esse.

Vide nemini dix. sed uade, ostende te sace.) Ex hoc quòd non illud vade ostende te sa. sed potius illud præmisit nemini dixeris, ac deinde subiunxit ostende te sacerdoti, datur intelligi, quòd tantisper eum silere voluerit donec ostendisset se sacerdotibus. Hilarius verò, de contactu silentium impositum intelligit. O.im.

Aliter quoq; Hier. Et re vera, inquit, quid erat necesse, vt sermone iactaret, quod corpore præferebat? Secundum Chry. verò (qui ad moralem hoc potius sensum transferendum duxit) miraculum publicari prohibuit, & laudem ipse fugiens, & simul eos qui beneficia in alium conferunt instruens, vt ambitionem & ostentationem execrentur. Eu.

Puer meus.) Puer hoc loco seruum significat, id quod ex Lucæ ca. 7. manifestum sit.

Surgens imperauit uentis.) Græcè quidem est, ἐπετίμησεν ab ἐπιμᾶν, quod signat increpare & obiurgare: Vetustiores tamen quique inter. imperauit interpretantur, non increpauit: nominatim Hila. Hier. & Aug. trac. in Iohan. 49. & inter recentiores Euthy. n.

Venisti huc ante tempus torquere nos.) Torquentur dæmones, dum homines lædere & tentare prohibentur.

hibentur. Ante tempus verò, videlicet extremi iudicij quando grauissimum illos manet supplicium, se torqueri quæruntur: quia existimant Christum non laturum deinceps immensam ipsorum malitiam.

Ex capite IX.

X. Θ.

IN *ciuitatem suam.*) Ciuitatem Christi, Capharnaum intelligit: siquidem id temporis illic habebat domicilium: tametsi Bethleem natus, & Nazareth fuerit educatus. D. Aug. ciuitatem positam putat pro regione Galilæa: sicut inquit vniuersum regnum Romanum dicitur modo Romana ciuitas: ita tamen vt in Capharnaum factum miraculũ intelligamus, iuxta quod narrat Mar. in initio ca. 2. Docet hoc copiosius Aug. li. de con. Euan. 2. ca. 25. Porrò D. Hiero. non aliam quàm Bethleem vult intelligi.

Li. de con. Euan. 2. ca. 25.

Sed peccatores.) Subaudiendum ad pœnitentiã, id quod in græcis exprimitur, cõsentientibus Chry. atq; Hila.

Nemo autem immittit commißuram panni rudis in ueſt. uet. tollit enim pleni. eius à ueſtimento, & peior ſciſſura fit. Neq; mittunt ui. no. in utres uet. alio. rump. &c.) Vestimentum vetus discipulos suos vult intelligi, qui nondũ erant per omnia, innouati. Panni rudem, id est, nouum, appellat nouam gratiã, nouaq; arctioris vitæ præcepta: atq; ideo non conueniebat, vt seueriora illis præcepta ingererentur, ne fortè eorum austeritate frangerentur, fidemq; perderent quam habebant. Id enim designat quod dicitur

Ca.

tur, tollit plenitudinem, siue supplementum panni illius noui, & peior scissura fit. Idem quoq; & sequenti parabola consignauit, vbi vtres discipulos, vinum verò doctrinam vult intelligi. Quam diu enim discipuli vtres fuere veteres, nouæ atq; euangelicæ doctrinæ vim, perferre haudquaquam potuerunt. Verum vbi ijdem noui effecti sunt vtres, ex alto virtute Spiritus S. tum demum vinum nouum vtribus nouis commissum est: Tum nihil fuit tam arduũ quod non alacri perferrent animo: nihil tam profundũ, quod Spiritus illius nõ scrutarentur acumine. Secus aliquanto tractat hunc locum Hier. Verum ne prolixitate oneri simus simplici lectori, cæteros ad illius commentarios remittimus. Ca. E.

Confide filia.) Dixit, pro bono animo esto, vel cõstans esto filia, id enim est θάρσει, siue θάῤῥει θύγατερ. n.

Videte ne quis sciat. Illi autem exeun. diffa.) Id est, diuulgauerunt eum. Nouerat quidem dominus illos non tacituros, verum hoc ita præcipiens, nobis voluit humilitatis contemnendæq; gloriæ præbere exemplum. H.

Ex capite X.

Potestatem spirituum immun.) Id est, potestatem aduersus spiritus immundos: quod vtesset manifestum, græcus aliquis de suo interiecit κατὰ particulam, ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων: quam neq; Chry. neq; Theo. addiderunt. H. n.

Et

Luc.6. Act.1. *Et Taddæus.*) Is est qui apud Luc. Iudas Iacobi appellatur, hoc est, Iacobi frater, & illam reliquit epistolam quæ de 7. catholicis est. D. Aug. li. de con. Euan. 2. ca. 30. testat in aliquot codicibus Lebbeus scriptũ fuisse pro Thaddæus, vnde putat eũdem fuisse trinominem. In græcis hodie vtrunq; scriptum est, hoc mõ, Ὁ λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς θαδδαῖος, & Lebbæus cognomento Thaddæus.

Quis in ea dignus sit.) Id est, idoneus & probatæ vitę, qui vos excipiat hospitio, ne subinde cogamini mutare diuersoria ob hospitis improbitatem.

H. *Excutite puluerem de pe.ue.*) Puluerem excutere iubentur in testimonium laboris sui, quòd ingressi sint ciuitatem, quodq; euangelium salutis ad illos

X. vsq; pertulerint. Siue etiam puluerem excutere iubẽtur, quò palam testificentur adeo nihil terreni se cõmodi ambiuisse ab his qui euangelium Dei reiecissent, vt ne ad victum quidem necessaria velint se accepisse.

Simplices sicut col.) Ἀκέραιοι synceros, iniuriæ expertes, simplices, innocuos & miteis declarat.

Nolite cogitare, quomodo aut quid.) Græcè commodius est, μὴ μεριμνήσητε, id est, ne sitis anxij siue soliciti. Non ergo cogitationem abesse oportet,

E. sed animi solicitudinẽ, eamq; cogitationem quę humanis ac philosophicis nititur rationibus.

Non cõsummabitis ciuit. Israel do.ueniat filius ho.) Id est populum Israeliticum nunquam consummatum perfectumq; reddere vestra poteritis prædicatione, vel non finem feceritis prædicandi in ciuitatibus Israel priusquam manifestis cernatur indicijs diui-

diuina vltio appropinquare. Quæ vel demonſtrata eſt in euerſiõe nobiliſſimę ciuitatis Ieroſolymitanę: vel demonſtrabitur in euerſione totius mundi. Eſt qui illud τὰς πόλεις οὐ πλέσητε, interpretetur, non perambulaueritis, verũ id mihi coactius iudicatur, præſertim diſſentientibus aliorũ interpretatiõibus. n.

Aſſe ueneunt.) As hoc loco pro nummo minimi precij poſitum eſt. Budęus tamen Lib. de Aſſe 5. hũc locũ aſſumens, aſſem duos ſextantes Francios, ideſt, denariolos 4. valuiſſe dicit. Eſt autem denariolus 6. pars ſtuferi Brabantici.

Non cadet ſuper terram ſine patre ueſ. Idẽ quod Hilari. addito verbo legit, non cadit in terram ſine volũtate patris veſ. Chryſoſtomi interpres pro ἐπὶ τὸν γῆν, ἐπὶ τὸν παγίδα legiſſe videtur, id eſt, in laqueum.

Nurum aduerſus ſocrum ſuam. Nurus eſt filij vxor: ſocrus, vxoris mater. Quod græcè legit, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς, etiam eſſe poteſt ſponſa aduerſus ſocrum ſuam. Cui aſtipulatur hebraica editio, in qua eſt כלה quod ſponſam ſignificat.

Et inimici hominis. Subaudiendum, erunt domeſtici eius.

Qui inuenit animam ſuam, perdet eam. Animam ſuam, hoc eſt, vitam ſuam inuenit, qui carnalia ſapiens, carnalem hanc vitam diligit. Sed is animam ſuã perdit, quia in æternũ exitium eam tranſmittit. Θ.

Ex capite XI.

QVum conſummaſſet Ieſus præcipiens.) Græcã loquendi formam reliquit interpres, qua illi

E. participium vice verbi infiniti ponere consueuerũt. Valet ergo tantundem ac si dicas, quum iam mandata tradidisset, vel quum finem fecisset præcipiendi.

In ciuitatibus eorum.) De ciuitatibus discipulorũ loqui videtur, quum alij in eorum subaudiant Iehudæorum.

Iohannes autem quũ audisset in uinculis operaChristi mittẽs duos de discipulis suis ait illi: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus?) Hac legatione ac scisitatione Iohannes non suæ sed discipulorum consuluH. it ignorantiæ. Ipse enim quis esset non ignorauit, q eum cæteris ignorantibus demonstrauit, quum di-
Iohan.1.d. ceret, ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sed vt scirent non alium à se prædicatum ad opera eius videnda discipulos misit, vt autoritatem dictis suis illius opera conferrent. Præterea Iohannis discipuli vehementius amantes præceptorem suum, vi-
Eu. dentes Christum celebriorem fieri, inuidia moue-
H. bantur aduersus ipsum. Siquidem prius accesserant
Iohan.3.c. dicentes: Rabbi qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce is baptizat, & omnes veniunt ad eum. Quia igitur sæpius eos admonendo persuadere non poterat, nunc autem breui moriturus erat, delectis duobus qui prudentiores essent, hos mittit ad Christum prætextu quidem interrogandi, an ipse esset qui venturus erat: vera autem causa erat vt conspectis miraculis crederent. Sciebat namq; testimonium ab operibus credibilius esse, magisq; carere suspicione.

Pauperes euangelizantur.) Pro euãgelizantur

in

in hebræo volumine scriptum est, אשרי id est, beatificabuntur. Porro euangelizantur Græcis significat lætum accipiunt nuncium, vel euangelicam suscipiunt doctrinam, quod posterius magis congruere videtur iuxta illud Luc. Act. 14. εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς, id est, annunciantes vel docentes vos ab his vanis cõuerti. Et rursus paulo inferius: Quũq; euang. ciuitati illi, & docuiss. mul.

Etiam dico uobis. Etiã pro certè, quod aliâs amen dicere solet, id enim ναὶ particula indicat. In hebræo tamẽ non est אמן aut alia vox çquipollens, sed גם, &, etiam, quoq;, & huiusmodi cætera signans. Vnde etiam conjcio codicem illum hebræum si non ex latino, certè non ex græco esse conuersum. Nisi forte in nonnullis καὶ, scriptum sit loco ναὶ.

Qui aũt minor est in regno cœlorũ, maior est illo. Tectè seipsum indicat Iohanne maiorem, qui se in regno ecclesiæ omnium fecerat abiectissimum. Vel minorem seipsum dicit, quod ita videretur apud Iudæos. Nam Iohannem Christo maiorem ducebant ob incredibilem vitæ austeritatem, quum Christus remissiore vitæ instituto vti videretur. Eu.

A diebus Iohannis Bapt. usq; nunc regnum cœlorũ uim patit. Hoc sermone dominus veluti excludit murmur Iehudæorum, qui indignari poterant, q̃d ad promissam ipsis euangelij gratiam reciperet alienigenas & abiectos: imò, inquit, non illos recipio, nec eam illis hactenus obtuli liberalitervt vobis: sed ipsi vi quadam atq; violentia feruentissimi amoris vobis cũctantibus diripiunt eã. Hic sensus ab Hila. proditus est. Est autẽ & alius, sed qui in absoluto sit. E.

Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus qui cla. coæqualibus s.di. Cecinimus uobis & nõ salt. lamentauimus & nõ plãx. Venit enim Iohan. non mand. n.b. & d.dæmo.h. Venit filius ho.man. & bi. & di. & c. Et iustificata est sapientia à filijs suis.) Dilucidè simul & graphicè explicat totum hunc locum bea. Hier. cuius & ob id commentum subscribo. Pueri, inquit, isti qui sedẽt in foro, hi sunt de quibus Esa. loquitur, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus. Et in 18. psal. Testimonium do. fidele sapientiam prçstans paruulis. Et alibi. Ex ore infantium & lac. perf. lau. Isti ergo pueri sedent in foro, siue in ἀγορᾷ, quod significantius grçcè dicitur vbi multa venalia sunt. Et quia populus Iudçorum audire nolebat, non ei tãtum loquuti sunt, sed plenis faucibus inclamauerũt, Cecinimus vobis & non saltastis: prouocauimus vt ad nostrum canticum bonã opera faceretis, & saltaretis ad nostram tibiam, sicut saltauit & Dauid ante arcam domini, & noluistis. Lamentati sumus, & vos ad pœnitentiã prouocauimus: & ne hoc quidem facere voluistis, spernentes vtranq; prædicationem, tam exhortationis ad virtutes, quàm pœnitentię post peccata. Nec mirum si duplicem viam cõtempseritis salutis, quũ & ieiunium & saturitatem pariter spreueritis. Si ieiunium vobis placet, cur Iohannes displicuit? Si saturitas, cur filius hominis displicuit? Quorum alterum dæmonium habentem, alterum voratorem & ebrium nuncupastis. Ergo quia vos noluistis vtranq; recipere, iustificata est sapientia à filijs suis: idem, Dei dispensatio atq; doctrina. Et ego q̃ sum Dei virtus, & sa-

Ies. 8. d.

Psal. 8.

1. Cor. 1. d.

& sapientia Dei, iuste fecisse ab apostolis meis filijs cõprobatus sum: qbus reuelauit Pater q̃ à sapiẽtibus abscõderat, & prudẽtibus apud semetipsos. In qbusdã euãgelijs legit̃ iustificata est sapientia ab operibus suis Sapientia qppe nõ q̃rit vocis testimoniũ, sed operum. Hactenus ille. Circa hãc aũt postremã partẽ aliqd retrusius exprimẽs Hila. Iustificata est, inqt, sa. à fi. suis. i. ab his q vim faciẽtes regno cœlorũ ipsum illud fidei iustificatione diripiunt, confitentes iustũ sapientiæ opus esse, qa munus suũ ad fideleis & obsequẽtes à cõtumacibus infidisq; transtulerit. Nemo tamen putet hoc sermone Hilariũ excludere opera quum hęc ipsa intelligant̃ in eo q̃d dicit obsequẽtes.

Respondens Ie. dixit.) Rospondens dictũ videt̃ pro adijciens vel subdens, idq; fortassis ex consuetudine vulgaris Christi idiomatis. Ita enim hoc verbi aliquoties vsurpatum reperitur in sacris euangelijs, vt nulla præiacta sit interrogatio, aut interrogationis forma cui responsio conueniat.

Confiteor tibi Pater.) Confiteor iuxta verbi hebraici prietatem dixit pro gratias ago, vel laudem dico. הודה enim vt tradit quidam idem est quod שכח laudare. Capitur & ꝑ ההודאה gratias agere & pro הוידוי confessione. Hinc הודה est sacrificiũ super quo fit confessio peccatorum. M.

Cõfiteor tibi Pater, domine cæ. & ter. quia abscondisti hæc à sapi. & pru. & re. ea par. Postquam exprobrauit ciuitatibus illis incredulis, occasionem accipiens ab incredulitate earum, iustam Dei dispositionem introducit in medium, gratiasq; agit patri, quòd ita ipsi cõplacitum fuerit vt Iehudęos quidem O.imp.

desereret qui sibi sapientes videbantur in eloquijs Dei, quum essent insipientes, gentes autem quæ parulæ erant in scientia Dei reciperet. Hoc pro contexus euangelici concatenatione dictum sit. Cæterum euangelista, siue potius huius interpres verbū νηπίοις opposuit, σοφῶν καὶ συνετῶν tanquā si dicat. Diuinæ sapientię tuæ mysteria cœlasti sapientes, stultis autem ac simplicibus ea reuelasti.

Ita Pater. Ναὶ ὁ πατήρ, id est, certè vel etiam pater.

Ex capite XII.

H. TEmplo *maior est hic.* Pro hic græcè est ὧδε particula locum significans, quòd videlicet templo maior esset is locus, qui dominum templi continebat. Ita vnus atq; alter edisserunt: verum simpli-
n. cius est, ac magis tritum, vt accipiamus Christum ipsum templo maiorem, etiam si legamus ὧδε, quę vox non tam locum mihi indicare videtur, quàm personam loco præsentem, vt simul vtrunq; subindicari intelligatur.

Dominus enim est filius hominis etiam sabbathi. Ita construe. Filius hominis Christus, dominus & opifex est vt vniuersorum, ita & sabbathi. Vocat autem se filium Adam ex consuetudine hebręorum, ad indicandam humanæ naturæ conditionem.

Iudicium gentibus nunci. Id est, iustam & veram doctrinam.

Arundinem quaßatam non confringet, & linum
Iesa. 42. a. *fumigans non extinguet, donec eijciat ad victoriam iudicium.*) Tanquam si dicat. Poterat quidē dominus

Iesus

Ieſus inimicos ſuos Iehudæos vt arundinẽ, nec ſimpliciter vt arundinem, ſed vt arundinem iam quaſſatam & conuulſam confringere, furoremq; eorundẽ vt linum fumigans, imò quamuis etiã flagrans prorſus extinguere: ſed immenſa ſua bonitate diſtulit patienter illos ad reſipiſcentiam expectans, donec omnia optatum eſſent exitum conſequuta, tũ enim illos caſtigauit: & hoc ſignauit quum addidit, donec emittet in victoriam iudicium ſuum. Ita propemodum Chryſoſtomus, quem ſequitur & Euthy. niſi quod hic circa illud, donec eiiciat ad victoriam, euidentius aliquid exprimat, ita fere ſcribens. Donec ad finem & perfectionem ſuam iuſtitiam deducat. Siquidem victoriam, iuſtitiam, iudicium autem nominauit iuſtitiam. Poſt id ergo tanquam vaſa figuli virga illos ferrea confringet, principatu videlicet Veſpaſiani & Titi, qui eos obſederunt & extermina runt. Poterit quoq; & aliter præſens locus explicari, vt per arundinem quaſſatam & linum fumigans imbecillos adhuc in religione Chriſtiana & infirmos intelligamus, in quibus eſt aliquid bonæ ſpei reliquum, quos confouet potius mitis ac longanimis dominus quàm opprimat aut extinguat, donec progreſſu temporis proficiant ad meliora. Hilar. item aliam ponit enarrationem vtriq; prædictarum nonnihil diuerſam, cuius verba ſubſcribo. Illud admonemus, arundinem quæ quaſſata ſit non eſſe cõfractã, & linum fumigans non extinctũ. i. caduca & quaſſata gentium corpora non fuiſſe cõtrita, ſed in ſalutem potius reſeruata: neq; exiguitatem ignis tm̃ iam in lino fumigantis extinctã ex Sion, Iſrael, & ex reliqs, veteris gratiæ ſpiritũ non ablatũ, qa reſumẽdi

O.

Ioſephus li. de bel. Iud. 6. & 7

E. Morale potius quam literale.

totius luminis in tempore pœnitentiæ sit facultas. Sed istud intra certi temporis statuta præscribitur, donec eijciat victoriam ad iudicium, sublata scilicet mortis potestate, iudicium, claritatis suę reditu intro ducat in nomine eius per fidem gentibus crediturus.

Donec eij. ad vic.iu. Præterea illud donec eijciat ad vic.iu. Rab. edisserit in hunc modum. Donec, inquit, illud iudiciũ, quod in eo agebatur ad victoriam perueniret: quia postquam mortem resurgendo superauit, expulso huius mundi principe victor ad regnum redijt, in Patris dextera sedens, donec ponat sub pedibus omneis inimicos suos. Pertractat insuper copiosius totum hoc Iesaiæ testimonium Be. Hiero. Algasiæ suæ scribens quæst. 2. qui quum alias, tum in hoc à cæteris ferè dissentit, quòd per arundinem quassatam, siue (vt Sept. habẽt) calamũ fractum Israelem intelligat, vt potè qui & vocalis antea in laudes domini concinuerit, & tandem in lapidem illum angularem cadens atq; impingens confractus sit: per linum vero fumigans populum gentilem, vtpote qui extincto legis naturalis ardore fumi amarissimi & q noxius oculis est, tenebrosæq; caliginis inuolutus fuerit erroribus. Quem non solum non restinxit & redegit in cinerem, sed econtrario de parua scintilla & pene

Luc. 12. moriente maxima susciauit incendia, ita vt totus orbis arderet igne domini, quem venit mittere super terram, & in omnibus ardere desiderat. Cætera non tam breuitatis causa quàm quòd non perinde arrideant silentio transeo. Lini nomine intelligere possumus linum ellychnium.

Spiritus blasphemia. Hoc est, blasphemia aduersus

ſus Spiritum, eadem videlicet dictionis forma qua ſupra dictũ eſt, Dedit eis poteſtatem ſpirituum immundorum, hoc eſt, aduerſus ſpiritus immundos, tametſi iam ibi à quopiam inſerta ſit κκ]ὰ particula. n.

Quicunq; dixerit uerbum contra filium hominis remittetur ei: qui aũt dixerit contra ſpiritum ſanctum non remittetur ei, neq; in hoc ſeculo neque in futuro.) Senſus hic eſt. Qui verbũ aliquod dixerit aduerſus filium hominis, hoc eſt, aduerſus meam humanitatem offenſus corporis mei vilitate: ac me hominẽ tantum arbitrans, fabri filium dixerit, edonem, aut temulentum, publicanorum & peccatorum amicum, aut aliàs in hominẽ ſtomachatus fuerit, quanquàm id culpa non vacet vel erroris vel criminis: tamen ſi reſipuerit is veniam merebitur, & gratiam, qua rationabiliter videbatur offendi. At qui aduerſus Dei Patris ſimul & Chriſti Spiritum atque diuinitatem fuerit deſtomachatus: & quum manifeſtè cernat opera Chriſti virtute diuinitatis ſeu S. Spiritus fieri, inuidia ſtimulatus, ea per Beelzebub principem dæmoniorum fieri contenderit pronunciaueritúe, aut huiuſmodi immane aliquod facinus in diuinitatem Chr. admiſerit, hic certè remiſsionem non merebitur, neq; in hoc, neq; in ſeculo venturo. Hic. Θ.

Notandum autem tam hoc quàm præcedenti loco ſpiritus vocabulum non propriè tertiam illam in diuinis perſonam, ſed potius ipſam diuinitatem quæ æqualiter in tribus conſiſtit ſignificare. Siquidem Deus ſpiritus eſt, vt teſtatur Iohan. euan. ſui ca. 4. d. Eu.

De hac autem blaſphemia multa paſsim diſputat D. Aug. potiſſimum verò ſermone de verbis domi-

ni II. & in summa, eam vult esse blasphemiam in Spiritum S. neq; in hoc neq; in futuro remittendam seculo, quæ per pœnitentiam in hac vita non expiatur. Verum mihi magis Hilarij aliorumq; veterum sententia probatur, qui hæc domini verba simpliciter vti sonant intelligunt.

Aut facite arbo. bonam & fructum eius bo. aut facite arborem malam & fr. eius ma.) Tanquam si dicat. Quando hactenus ad diuinitatis meę celsitudinem assurgere non potestis, vt hanc in me esse persuadeamini: saltem illud mihi donetis oportet, arborem me non esse putrem aut malam. Quod si mala essem arbor, mali vtique essent & meorum operum fructus. Nunc vero quia opera mea bona esse non diffitemini, nec diffiteri valetis: consequens est me mali Beelzebub spiritum non habere, qui non nisi bona opera semper exhibui: quum contra ab illo non nisi mala possint patrari opera.

Omne uerbum ociosum.) Di. Ioh. Chryso. ociosum hic verbum intelligit, quod nulla ratione profertur, quod mendacio coinquinat, quod ad calumniam dicitur: admonens interim sub aliorum persona ociosa etiam asseri verba quæ vana sunt: vt quę profusum mouent risum, aut turpia, impudica, illiberalia. Priori sententiæ magis cōgruit quod sequitur: ex verbis enim tuis iustificaberis: & haud scio an alteri conuenienter possit accommodari.

Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde ter. &c. Hoc ænigmate dominus nō proprie sepulturā suā resurrectionēq; præsignabat, quanquam & ita possit

fit non iniuria intelligi, sed suam demonstrabat in huius terræ ergastulo mansionem. Alioqui si simpliciter ad Christi sepulturam referas, quomodo tribus noctibus in sepulchro delituisse credendus est? nam de tribus diebus facilis est per synecdochen solutio. At vero quum illud addatur quod ei expositioni non plenè respondeat: deinde quum alius pateat sensus euangelico tenori etiam magis congruus, non est necesse ad illum licet catholicum, minus tamen aptum confugiamus. Quod ergo dicit eiusmodi est. Non dabitur nationi huic signum aliud, quàm quod Iona ipse euentu suo præfigurauit. Quemadmodum enim Iona ob salutem nauigantium vltro se obtulit in mare proijcien dum: & exceptus belua marina tribus diebus, id est, pauco tempore in ventre illius reseruatus est: ita Christus Dei filius ob salutem omnium hominum è sublimi cœlorum volens à patre in huius mundi pelagus emissus est: exceptusq; à Iudaica gente qua si à belua ferociente intra huius gentis septa paruo temporis spacio diuersatus est. Atque ita in hoc vno signo vniuersa simul totius vitæ suæ signa atq; miracula conclusit, quum alioqui multa se illis demõstraturum signa respondere debuisset, vtpotè qui non resurrectione modo, sed & innumeris alijs portentis suam diuinitatem erat declaraturus. H.

Ecce plusquàm Iona hẽc.) Aduerbij particula est & huc nõ pronominis tã in præsenti loco, quàm sequenti vbi dicitur, & ecce plusquam Salomõ hic. Apud græcos enim in voce nulla est ambiguitas, quemadmodum nec apud hebræos. Videtur tamen hæc vox ἐδὼ tacite non tam locum indicare, quàm H. ἐδὼ.

quàm personam ipsam, quemadmodum & prono minis particula hic apud latinos.

Quum immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. Tunc d. Reuertar in domum meam unde exiui. Et ueniens inuenit eam uacantem scopis mundatam, & ornatam. Tunc uadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ.) In superioribus dominus Iesus palam redarguit pertinacem, nullo q̃ beneficio flexibilem Iehudęorum maliciam: hic nunc in eodem persistẽs argumento ęnigmate demonstrat hoc illos atrociora manere tormenta, nisi maturè resipuerint, quò maioribus beneficijs essent ad vitæ prioris pœnitudinem, veritatis q̃ agnitionem prouocati. Hoc ipsum enim manifestius indicauit postremis illis verbis, quibus prędens hoc ænigma concludit dicẽs. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimę. Primum itaq̃ populus iste spiritum immundũ habuisse intelligẽdus est, quum diuino cultu relicto idolis sacrificarent, quum dęmonicis q̃ inseruirent cupiditatibus. Deniq̃, quum multis & grauibus quæ Mosi sunt descripta voluminibus, essent coinquinati criminibus. Hunc ergo spiritum, lex quæ postea data H. est interuentu suo profligauit, & veluti quadam custodia circumiectæ potestatis exclusit. Qui illinc exiens circum gẽtes desertas & aridas oberrauit. Quę quum postea per fidem in Christum supernam gratiam

tiam fuissent consequutæ, in his iam habitãdi locus repertus non est. Ille igitur quum quiescere in eis nõ permitteretur, intra se reputans optimum credidit regredi in eã ex qua profectus erat domum. Hæc emundata per legem, & prophetarum ornata præconijs, aut si mauis ornata superfluis obseruationibus, H.
& traditiõibus Pharisæorum vacua est reperta: quia Christum habitatorem, angelorumq; præsidia non habebat. Septenario itaq; sibi numero dæmonum ascito diabolus, priorem domum, hoc est, Iehudæos
ingressus inhabitat, fiuntq; nouissima eorum deteriora prioribus, quia nũc multo maiori dæmonum numero possidentur blasphemantes in synagogis suis Christum Iesum quàm possessi fuerant propter idololatriam ante legis Mosaicę promulgationem. Signanter autem septem spiritus assumpti describũ tur, quia totidem erant gratiarum munera destinata cum Christo, vt tanta iniquitatis fieret possessio, quanta futura fuerat gratiarum.

Ex capite XIII.

Hic est qui secus uiam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est. Noua eloquutio nis forma ita dictum est, pro eo quod commodius dicere possumus, hic est cui iuxta viã semen iactum est: &c. Cui autẽ in petrosam terã semen receptum est. Vel, hic est qui quum iuxta viam esset, semen accepit: qui autem quum petrosus esset, semẽ accepit: atq; ita de reliquis.

Simile factum est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in ag. s.) Regnum cœlorũ hoc loco & alijs compluribus, non aliud est, quàm rex cę

lorum

Iorum ſeu rex cœleſtis, nem Chr. Dominus, & inter dũ Deus Pater. Subeſt enim huic verbo phraſis quædam hebraica, quam nos metonymiam dicere poſſumus. Solenne enim eſt hebræis poſſeſſo vti loco poſsidentis: & denominatiuo, loco denominantis. Sic ſcriptura etiam nos regnum vocat, Apocaly. 5. & alias etiam ſacerdotium, vt 1. Pet. 2. hoc eſt ſacerdotes. Sic Chriſtus pax noſtra dicitur, id eſt, pacifica tor: ſic redemptio, id eſt, redemptor: & alia multa. Nonnunq̃ tamen regnum cęlorum pro eccleſia ponitur, vt ibi. Simile eſt reg. cœ. decem virginibus: nõ nunquam pro re aliqua pertinente ad negocium euangelicum, vt Luc. 9. Sunt aliqui hic ſtantes, qui nõ guſtabunt mor. do. videant regnum Dei. Parabolæ huius expoſitionem habes infra in ipſo euangelij contextu: excepta dormitiõe, quæ ignauiam, & torporem indicat, potiſsimum prælatorum.

Vide infr.

Mar. 9. a

A. li. q̃ſ. ex Mat.

Serui autem dix. ei. Vis imus & colligimus ea? Et ait: Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & trit. Sinite utraque creſ. uſq; ad meſ. Non dormiat (inquit Hieronymus) qui eccleſiæ præpoſitus eſt, ne per illius negligentiam inimicus homo ſuperſeminet zizania, hoc eſt, hæreticorum dogmata. Quod autem dicitur, ne forte colligentes zizania eradicetis ſimul & frumentum, datur locus pœnitentiæ: & monemur ne cito amputemus fratrem, quia fieri poteſt vt ille qui hodie noxio deprauatus eſt dogmate, cras reſipiſcat, & defendere incipiat veritatem. Illud quoq; quod ſequitur. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem videtur illi præcepto eſſe contrarium. Auferte malum de medio veſtrum:

H. in illud infra. Qui ſeminat.

Au. li. quęſt. in Mat.

strum: & nequaquàm societatem habendam cum iis qui fratres nominentur, & sunt adulteri & fornicatores. Si enim prohibetur eradicatio, & vsque ad messem tenenda est patientia, quomodo eijcien di sunt quidam de medio nostrum? Inter triticum & zizania, quod nos appellamus lolium, quam diu herba est, & nondum culmus venit ad spicam, gran dis similitudo est, & in discernēdo aut nulla, aut per difficilis distantia. Præmonet ergo Dominus ne vbi quid ambiguum est cito sententiam proferamus, sed Deo iudici terminum reseruemus, vt quum dies iudicij venerit, ille nō suspicionem criminis, sed manifestum reatum de sanctorum cœtu eijciat. Hacte nus ille. Pro pleniori autem elucidatione, aduerten dū quòd Dominus non simpliciter vetuit eradicari zizania, sed adiecit rationē di. ne forte colli. ziza. &c. quæ ratio si desit, hoc est, si periculum nullum subsit reuellendi vnà cum lolio tritici, sed potius periculum sit ne triticum ipsum euellatur relicto lolio, nihil vetat quo minus iam opportunum malo adhibeatur remedium. Sed hac de re audi non me, sed bea. Augu. ita pronunciantem. Ipse Dominus cùm seruis volentibus zizania colligere, dixit, finite vtra que cres. vsq; ad messem, præmisit causam dicens, ne forte cum vultis colligere zizania eradicetis & triticum. Vbi satis ostendit quàm metus iste non subest, sed omnino de frumentorum certa stabilita te certa securitas manet, id est, quando ita cuiusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus, vel non taleis habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinæ:

1. Cor. 5.

Ibidem.

Li. contra epi. Parm. 3. c. 2.

in

in qua tanto est efficacior emendatio prauitatis, quã to diligenter confirmatio charitatis. Plura habes li. 2 contra epi. Parmeniani, ca. 2. & epist. 48. ad Vincentium hæreticum. & epist. 50. ad Bonifacium: item epist. 240. ad Donatum. Vnde etiam concilium generale Lateranense sub Innocentio pa. 3. nihil addubitauit talem in hæreticos proferre sententiam. Ex
Ca. 3. communicamus & anathematizamus omnem hæresim extollentem se aduersus hanc sanctam & orthodoxam catholicam fidem, condemnantes vniuersos hæreticos, quibuscunq; nominibus censeantur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum. Dãnati vero secularibus potestatibus præsentibus aut eorum baliuis reliquantur animaduersione debita puniendi: clericis prius à suis ordinibus degradatis. Vide 5. Decretal. ti. de hæreticis.

Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo. Quod *minimum quidem est omnibus semi. quum autem cre. maius est omnibus oleribus: & fit ar. ita ut uolu. cæ. uen. & hab. in ramis eius.*) Grano sinapis sese dominus comparat, semini & simul exiguo & acri: cuius virtus ac potestas tribulationibus & pressuris accenditur. Granum enim fuit quum occideretur: sed idem in excelsam arborem excreuit, quum resurrexit. Granũ fuit per humilitatem carnis, arbor per potentiam maiestatis. Hoc ergo granum vbi à populo comprehensum & traditum morti tãquàm in agro satione quadã fuit corporis sepultum, vltra mensuram omniũ olerum excreuit atq; excrescit, & vniuersam prophe

tarum

tarum philosophorumq; gloriam excedit: ita vt volucres cœli, vagæ videlicet gentium nationes, ac cæteræ prædestinatorum animæ, quæ aurarum satanicarum turbine flatúque diuexabantur huc aduolantes, & quibusdam virtutum pennis à terrena sese cogitatione attollentes, in Christo & Apostolis eius, quasi in ramis quibusdam è solo in sublime virtute Christi sublatis, & diffusis, eoq; totum mundum inumbrantibus atque à noxio æstu refrigerantibus resideant: & ipsorum dictis, factis & consolationibus ab huius vitæ fatigatione respirantes conquiescant. In hunc sensum Hilarius & Gregorius. Sunt & aliæ huius & sequentium parabolarum intelligentiæ: verum nos vnica quæ maxime visa est menti congruere euangelicæ contenti, lectoris cæteras diligentiæ relinquimus requirendas. Cæterum ne cui moueat scrupulum quòd sinapi hic dicitur omnium seminum minimum, sciat hoc granum conferri non simpliciter cum quibuslibet, sed cum holerum duntaxat seminibus. Alioqui vinceret cypariſsi arboris semen: quod adeo minutum esse traditur, vt visum etiam fallat: vincerent & papaueris & rutæ semina, quæ inter holera non censentur. Quanquàm sat erat in genere verum esse quod dicit Dominus. Illud fortasse notius, quàm vt admoneri debeat, sinapi producere mediam.

Gr. li. mor. 19. c. 1.

E.

Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus donec fermentatum est totũ. Idem habet hæc, cum parabola præcedenti argumentum. Nam in fermentum ipse

Mat.16.a. & Lu.12.b. Christus est, hoc est, ipsius vita atque doctrina, iuxta illud, Cauete à fermento Pharisæorum: quam diuina sapientia, aut si mauis ecclesia immiscuit mortalium cordibus, sermonibus atque actionibus, veluti tribus farinæ satis: vel tribus satis, id est, omne genus hominibus, vt terminatum pro numero accipias indeterminato. Sicut autem vnum fiumētum diuersas farinæ partes in vires suas quamuis modicum sit conuertit: sic quoq; humilis Christus, virtute Spiritus sui, suaq; dilectione per se ac suos Apostolos vniuersum terrarum orbem conuertit. Et quemadmodum fermentum farinæ immensum non deperditur, sed totum generis sui aceruum in suam paulatim naturam transmittit: ita et in Christi per passionem & mortē absc̄ōsione factum est, nobis in ipsius naturam per fidem viuam transformatis. Satum teste Hieronymo, mensuræ genus est, iuxta morem prouinciæ Palestinæ sesquimodium continens. Exiguum autem fuisse regionis illius modium ex illo colligi potest quod Ruth portasse scribitur modios hordei sex vt habes Ruth, tertio. Et huic opinioni fauet quod quidam scribit neotericus ex traditione hebræorum dicens. Habet mensura ephi tria sata, satum sex cabos: in cabo autem sunt 4. login. & log. habet sex ova. Hæc si iustè multiplices, à log. incipiendo inuenies cabum esse continentiam 24. ouorum gallinaceorum, satum vero mensuram 144. ouorum, &cæt. Porro סאה vnde hæc vox videtur deducta, in bibliis interim satum, interim modium vertitur.

X.

n.

M.

Filij nequam. τοῦ πονηροῦ. illius impij, nēpè diaboli: nam nunc demōstrare videt vis ipsius articuli.

Simi

Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quẽ q inuenit homo abscondit: & præ gaudio illius uadit & uendit uniuersa quæ habet & emit agrum illum.) Thesaurus hic in agro defossus Christus Dominus est, in quo totius nostræ fœlicitatis diuitiæ collocatæ sunt. Christus, inquam Deus Dei filius in terreo corpore, aut si hoc magis placet, in sacris literis tanquàm in agro quodam reconditus: quem quisquis inuenerit summo studio adniti debet, vt illum (quasi abscondendo) in tuto habere, atque adeo omnibus diuenditis contemptisq; huius mundi bonis sibi possit comparare. Non quòd vt hic paretur thesaurus necesse sit omnia iuxta externum hominem distrahere & relinquere, nisi fortasse id casus aliquis exposceret, sed quod maius sit ipsius preciũ, quàm vt quicquã illi debeat præponi. Hie.

Simile est regnum cœlorum homini negociatori, quærẽti bonas margaritas. Eadem hic res quę in proxime præcedẽti parabola intelligitur: nisi quòd ibi regnum cœlorum accipiatur pro rege cęlesti, quum hic potius pro negocio cęlesti, seu euangelico aut simili quopiam ponatur. Ibi enim regnum cœlorum comparatur ipsi rei inuentæ nempè thesauro: hic verò contrà ipsi homini quærenti. Proinde, margarita sicut & thesaurus Christus est, summa atq; cõ summata nostra fœlicitas & gloria.

Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congregãti.) Sagena siue rete missum in mare saluator noster, hoc est, Christi vita atque doctrina intelligitur, quæ missa H.

in huius seculi mare, diuersaq; hominum genera retis instar complectens, & è salsis atque amaris gurgitibus, & ad adspectum educit veri solis.

Omnis scriba doctus in regnum cœlorum similis est homini patrifamiliâs qui profert de thesauro suo noua & uetera.) Instructi, inquit Hieronymus, erant Apostoli, scribæ & notarij saluatoris, qui verba illius & præcepta signabant in tabulis cordis carnalibus regnorum cœlestium sacramentis: & pollebant opibus patrisfamiliæ, eijcientes de thesauro doctrinarum suarum noua & vetera, vt quicquid in euangelio prædicabant, legis & prophetarum vocibus comprobarent. Hactenus ille. Quod ergo dicitur omnis scriba doctus in regno cœlorum, vel vt græce legitur, πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, Omnis scriba discipulus effectus in regnum cœlorum accipi potest, aut doctor in philosophia Christiana eruditus, aut doctor, qui ex doctore effectus sit discipulus Christi, vel in Christum, qui per regnum intelligitur cœlorum, sicuti frequenter iam se vocauit.

Veniens in patriam suam.) Nempe Galilæam, & peculiariter, vt Chrysostomo placet, in Galilææ ciuitatem Nazareth: id enim colligit ex eo quod subiungitur dicentibus Iudæis, Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius, &cæt. nonne omnes apud nos sunt. Θ.Hc.

Nonne hic est fabri filius.) Hilarius fabrum ferrarium Ioseph fuisse sentire videtur. Philosophatur enim de fabro ferrum vincente per ignem. Is qui scri-

scripsit in hunc euangelistam Opus imper. fabrum eum lignarium appellat, hom. 1. Vox enim græca τέκτων ambigua est, nec minus latè patet quàm latina faber. Ad priorem tamen opinionem accedit etiam Beda, (qui ferè non nisi alieno nempe verorum ore loquitur) dum ait, Patrem Christi cœlestem igni operari & spiritu, hoc est, flatu quodam, adducens etiam illud Mala. Et sedebit conflans & emundans argentum, & cæt. Idem subindicat & Hieronymus ab Hug. Car. adductus si modo non fallit allegatio. Neque vero est, quòd hæc opinio contemni debeat, quasi Christo indigna, & maiestati diuinæ derogans, quum nostri causa susceperit, ac pertulit longè etiam viliora. Quanquàm equidem nil hic adseuero, tantum quod inuenire potui indico. B. in illud Lu. 4. Nõne hic est. Mala. 3. c.

Et *fratres eius Iacobus & Ioseph*.) Fratres hic appellat saluatoris nostri cognatos, idq; ex consuetudine hebræorum: quemadmodum testantur inter cæteros Augustinus li. quæst. in Mat. & Hieronymus aduersus Helui. Act. 4. c. 17.

Ex capite XIIII.

ET *ait pueris suis*.) Vtraque vox & latina & græca anceps est ad significandum vel liberos, vel famulos. Quin & hebræa quoque eandem habet ambiguitatem. Hic tamen de famulis intelligenda est. Pueri. παῖδες. Eu. X.

Hic est Iohannes baptista ipse surrexit à mortuis.) Hic loquitur Herodes adsertiuè, quum apud Lucam contra loquatur percontatiuè ac dubitatiuè dicens. Iohannem enim decollaui, quis est autem iste de Luc. 9. a.

quo ego talia audio? Ad hæc quod hic dicitur loquutus Herodes ipse, idem illic scribuntur loquuti alij quidam, ita Luca referente. Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, nempe Iesu, & hæsitabat eò quòd diceretur à quibusdam, Quia Iohannes surrexit à mortuis. Sciendum ergo, quòd quum Herodes audiret, nonnullos de Eu. Iesu dicentes, quòd ipse Iohannes esset, qui surrexisset à mortuis: alios quòd Elias, alios quòd propheta quispiam ex antiquis esset, primum quidem dixerit illis qui huiusmodi dicebant, Iohannem ego decol. &cæt. idq; & dubitans de audita vulgi opinione, & sibi timens ne si constans perstaret fama, quòd Iohannes rediuiuus operaretur miracula in ipso Christo, populus aduersus ipsum seditionem moueret ob iniustam Iohannis necem: deinde etiam dixerit quòd hic Matthæus refert, non quidem illis ijsdem, sed pueris, hoc est, ministris ac militibus suis, vt ad tuendum principem suum paratos sese exhiberent, tam contra Iohannis (quem resurrexisse timebat) in signis potentiam, quàm contrà vulgi seditionem. Vel apud Lucã loquitur populis, cupiens eis eximere, quam habebant de Iohanne opinionem: hic vero suis, referens ipsis quod in ore erat vulgi.

V. *Virtutes operantur in eo.*) Actiue accipiendum: est enim ἐνεργοῦσιν.

Herodes enim tenuit.) Hic Herodes filius fuit
Mat. 2. a. eius qui infantes trucidauit, & frater Archelai illius,
Ibidem d. qui in Iudæa regnasse scribitur pro Herode patre suo.

Eun-

Euntes in castella emant sibi escas.) Ex Marci verbis liquet per castella hic indicari pagos & vicos, aut certe oppida vnâ cum pagis. Dicit enim, Vt euntes in proximas villas, et vicos, vbi pro vicos in græcis eadem vox est quæ hic, nempe κώμας. Quam vocẽ interpres hic & aliâs ferè castella potius vertit, quàm vicos aut pagos, quòd pagi & vici regionis Palæstinæ maiores muris fuerint circunsepti, vt alicubi legisse me memini. Et quia id habẽt commune cum oppidis, ita vt partim oppida sint ac dicantur, partim pagi seu vici, ideo eiusmodi loca castella dicere maluit: quæ vox teste etiã Calepino, vicum declarat muro circundatum. Vox tamen græca κώμη, latius patet quàm latina castellum: habetq; significãtiam iuxta exigentiam locorum diuersam: iuxta quam etiam accipere necesse est castellum. Nonnunquàm enim oppidum signat. Vt Marci 8. Et apprehensa manu cæci eduxit eum ἔξω τῆς κώμης extra oppidum, nempe Bethsaidam, quæ Iohannis primo ciuitas scribitur Andreæ & Petri. Frequentius tamen & vsitatius pro pago ponitur. Vt Lucæ 24. Duo ex illis ibant ipsa die in castellum Emaus. Pro quo Mar. scribit euntibus in villam. Quanquàm Mar. dicens εἰς ἀγρὸν videtur potius indicare locũ in quo ibant nempe rus, q̃ ad quem ibant. Nam Emmauntẽ oppidum fuisse subindicare videtur Hie. dum testatur sua ætate insignem fuisse ciuitatẽ Nicopolim dictã. Pro oppido itẽ ponitur supra. c. 9. et Lu. 8. Circuibat Ie. per omnes ciuitates & castella: item hoc loco. Nõ nunquàm etiã pro vico rurestri positum inuenitur: vt Io. 11. A Bethania de castello Mariæ & Martę. Hie. enim Bethaniam viculum fuisse scribit. Quanquàm Mar. 16. c. H. li. d. de loc. hebr.

hęc acceptio ſub pago intelligi poteſt comprehẽdi. Nuſquàm autẽ pro vico oppidi, quem vulgo plateã vocamus ponitur. Nam in eo quod legimus ſupra 6. Sicut hypocritę fa. in ſyna. & in vicis: & Lu. 14. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis: & Act. 12. Exeuntes proceſſerũt vicum vnum, non κώμην legitur ſed ῥύμην. Nõnunquàm prętera hęc vox complectitur ſimul & oppida & pagos & vicos: vt Lu. 5. Ex omni caſtel lo Gal. & Iud. & Mar. 6. Circuibat per caſtella.

Super fœnum. Vel ſuper herbã: vtrunq; enim ſignificare poteſt tam χόρτος quàm עֵשֶׂב

Quarta autem uigilia noctis. Diuidebatur nox in
Θ. quaternas vigilias ſeu cuſtodias iuxta diſciplinã militarem, quarum quælibet trium ſpacio horarium perficiebatur.

Ex capite XV.

DEus dixit. Honora patrem et matrem. Et. Qui maledixerit patri uel matri morte moriatur: Vos autẽ dicitis, Quicunq; dixerit patri uel matri, Munus quodcunq; eſt ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem ſuum aut matrẽ, et irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem ueſtram.) Honor iſte parentibus exhibẽdus non tantum in ſalutatio
Hie. ne, capitis apertione, genuflexione, & id genus alijs officijs, quantum in ſubſidio, conſilio, & neceſſariarum rerum ſubminiſtratione ſitus eſt: id quod vel ex conſequentibus facilè animaduertere eſt. Quin & illud arcanis literis peculiare eſſe deprehendas, honoris vocabulum, pro dono & ſubſidio: & honorare, pro ſuppetias ferre, vſurpãri. Ita his voci-

vocibus vtitur scribens Timotheo Apostolus, dum ait: Presbyteri duplici honore digni sunt, maximè q laborant in verbo. Et: honora viduas, quæ verè viduæ sunt. Porro verba illa, quicunq; dixerit patri aut matri, munus quodcũq; est ex me tibi proderit, quoniam absolutam non habent sententiam, probabile est à Christo ex traditionibus quibusdam recitata esse, quõ à Rabinis fuerãt descripta. Apparet enim aliquot traditiunculas mutuò fuisse copulatas, inter quas fuerit & hæc inserta, easq; omneis ex vna pependisse clausula, quæ semel posita omneis simul absolueret. Iuxta hanc ergo opinionem poterit sententia suppleri hac aut consimili adiectiuncula. Benedictionibus replebitur, quicunq; dixerit pa. vel ma. munus quodcunq;, &c. Aduertendum præterea, munus hic non simpliciter pro dono, sed positum esse pro eo dono quod esset templo aut Deo deuotum dedicatúmue, hoc est pro sacrificio, quod Mar. proprio saluatoris idiomate קרבן corban appellat. Atq; hanc fuisse causam reor quare Mar. Iudaicam vocem posuerit, quòd videlicet græcè scribenti non esset quo vocis illius naturam exprimeret. Proinde horum verborum constructio ac sensus alioqui obscurior huiusmodi est. Deus ita præcipit ac dicit. Honora per beneficia & obsequia patrem tuum ac matrẽ. Dicit itẽ, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos vero scribę & pharisęi aliud dicitis, nẽpè hoc. Quicunq; filius dixerit suo parenti, Quicqd ex me est doni tibi debiti dicatum ac votum in rem sacram Deo, hoc tibi ò pater & mater proderit, quia Deum tibi reddet propitium ac beneficum: is benedictionibus replebitur, vel longæuus erit super ter-

I. Tim. 5. c.

Ibidem.

G. o. C.

Mar. 7. a.

Exo. 20. b

Leu. 20. b

rã:& nõ honorabit per cõgrua subsidia eiusmodi filius sic à vobis edoctus patrẽ suũ siue matrẽ: vel vt Mar. clarius habet,& vltra nõ dimittitis eũ quicq̃ facere patri suo aut matri: atq; ita irritũ feciſtis mandatum Dei,vt veſtra seruetur traditio,quę sub pretextu religionis vobis est lucrosa. Sed q̃ certiora ac plenio ra de hoc Chriſti sermone & phariſaica traditiõe habeas, ipſius Ori. qui hac de re hebręum quendã consuluiſſe se testat, cõmentum (q̃tenus opus est) subijciam. Incidebant interdum creditores in debitores difficiles, qui quũ possent, nollẽt q̃d debebatur reddere, eoq; creditores referebant debitũ in rationẽ pauperũ, quibus pecunia conijciebat in gazophylaciũ. Interdum itaq; dicebant debitoribus iuxta linguæ suæ proprietatẽ. Corban est quod mihi debes. i. donum, cõsecraui em illud in rationẽ pietatis erga Deũ pauperibus. Deinde debitor vt qui iam nõ homini bus, sed Deo deberet, quodãmodo constringebat, vt vel nolens redderet debitũ, non iã quidem creditori, sed Deo in rationẽ pauperum creditoris nomine. Quod igitur creditor faciebat debitori, hoc interdũ quidã filij faciebant parẽtibus, ac dicebant illis. Do num quodcunq; ex me est, eo tu iuuaberis pater aut mater: hoc scito te ex corbã accipere, nimirum ex ratione pauperum, de ijs q̃ Deo consecrata sunt. Itaq; quũ audirent quod ipſis dandũ erat esse corban iam nolebant accipere, etiamsi valde neceſſariorum inopia premerentur. Phariſęi igitur quum essent auari, quo sub prætextu pauperum acciperent quę danda forent parentibus, talem traditionem proferebãt apud plebeios, quòd quiſquis patri aut matri dixiſſet, quod datur ex his cuipiam corban esse, hic non

Mar. 7. a.

am-

amplius obligatus esset parenti ad suppeditanda vitę necessaria. Hanc igit̃ traditionem reprehendit seruator &c. Deinde q̃rere poterit aliquis quõ cohęreat q̃d addit̃, q maledixerit pa. aut ma. mor. mo. Esto siquidẽ nõ honorat patrẽ, q quæ daturus erat in subsidium patris ac matris consecrat ei quod vocat̃ corban, quõ pharisæorũ traditio irritam facit legẽ q̃ didicit, Qui male. pa. aut ma. mor. mo. Sed vide num fortè quisqs dixerit patri aut matri, donũ quodcũq; ex me fuerit, tibi ꝓderit, quodammodo conuiciũ ingerat patri ac matri, perinde q̃si parẽtes appellet sacrilegos, q capiãt ea q̃ sunt cõsecrata corbã ab eo q illa cõsecrauit. Eadẽ ferè tradit & Hiero. tũ in cõmentarijs tũ in epist. ad Gerontiam, si quis fortè cupiat.

Non quod intrat in os coinquinat homi. sed quod proce. de ore hæc coinq. ho.) Pro coinquinat in gręcis est κοινοῖ. i. cõmunicat. Itẽ in sequẽtibus, & ea coinqnant hoĩem, idẽ illis verbũ est, nẽpe cõmunicant hominẽ: atq; ita lectus est hic locus à theologis veteribus. Verũ perinde est vtcũq; legas, mõ intelligas cõmunicat nõ aliud esse q̃ coinqnat. Cõmune siquidẽ κατ' μετάλεψιν sępenumero pro nefasto immũdoq́, & cõmunicare ꝓ ꝓphanare, aut ꝓphanum dicere, vsurpat̃ in literis arcanis. Ediuerso aũt q̃d purũ minimeq́ ꝓphanũ est, sanctũ appellat̃. Vnde in act. apo. scriptũ legimus, Quod Deus purificauit, tu ne cõmune dixeris. Et apo. Pau. puros, hoc est, sanctos describẽs hoĩes, sic ait. Fornicatio aũt, & oĩs immunditia, aut auaritia, nec nominet̃ in vobis, sicut decet sanctos. Hęc aũt dicit saluator, nõ vt doceat qbusuis diebus vescendũ quibuslibet, sed vt indicet nullũ cibũ q modo rationabilis sit Christianis esse repudiandũ. H.

Quod

Quod si vero quispiam contra ecclesiæ institutionem, nulla cogente necessitate, carnibus vescatur diebus pisculentis, non quidem cibus ipse illum contaminat, sed peccatum è corde proficiscens, nimirum inobedientia, qua peccauit & Adam: qui vtiq; haud quaq; peccasset, nec sese contaminasset si comedisset non prohibitus.

Io. m.

Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus eradicabitur.) Hoc est: nouo iam adueniente euangelij mandato occumbent ac destruentur omnes illæ Iudæorũ constitutiones: quotquot videlicet propter ambitionem, quæstum, inanem gloriam, hypocrisin, adsentationem: non propter Dei gloriam, animarum salutem, aut communẽ vtilitatem sunt ordinatæ.

Hil.

Dimitte eam.) Hoc est, ne remorare eam, sed patere abeat, concesso ei quod expetit. Est enim hic idẽ verbum nempe ἀπόλυσον quod suprà, Dimitte turbas vt euntes in castella emant sibi escas. Et, donec dimitteret turbas: Item quod infrà non semel repetitur in liberatione Barabbæ.

Mat. 14.
Ibidem.
Mat. 27.

Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Isra.) Hæc dicit, non quòd non & gentibus impertienda salus esset, sed quòd suis Dominus atq; in propria venisset, primitias fidei iis à quibus ortus erat collaturus, cæteris deinceps apostolorum prædicatione saluandis, vt dum oblatum illis nouæ gratiæ beneficium repudiaretur, citra omnem iniuriã transmigraret ad alienos. Oppidò quàm suauissimè philosophatur in hanc historiam Origenes si quis cupiat.

Hil.

Debiles.

Debiles.) Græcè est κυλλούς: quę vox propriè eos signat, quibus altera manus debilis aut manca est: quemadmodum χωλοὶ, claudi, quibus pes alter impeditus, vel vitiatus est. Vsurpatur tamen κυλλὸς nō raro pro debili.

Ex capite XVI.

Signa autem temporum non poteſtis.) Percontatiuè enunciandum est, vt sint verba increpantis, quòd callētes scripturas, nec ex oraculis & ęnigmatibus scripturarū, nec ex miraculorum signis aduentū saluatoris agnoscerent. Alij tamen pronunciatiue legunt adijcientes etiam verbum, non poteſtis scire.

Cauete à fermento Phariſæorum. Hoc verbi in sequentibus euangelista ipse exposuit.

Et ſuper hanc petram. Id est, super firmam hanc fidei confessionem. Vel vt interpretatur Aug. super hanc petram quam confessus es, & cognouisti dicens, tu es Ch. fi. D. viui. id est, super me Christum filium Dei uiui.

Tunc præcepit diſcipulis ſuis ut nemini dicerent quia ipſe eſſet Ie. Ch.) Volebat enim ante crucē obscurari suam gloriam, ne quoquo modo passio sua impediretur, nostræ salutis beneficium.

Vade poſt me ſatana, ſcandalum mihi es.) Iuxta cōmunem ferè omnium sententiam Petrum satanam appellat quòd obstaculo ipsi esse vellet, & humano affectu aduersaretur consilio diuino (שטן enim hebraicè & סטנא chaldaice nobis aduersarius interpretatur) iubetq; venire post se, hoc est, sequi suā ac Patris sui voluntatem, luxta Hilarij autem opinio-

Scandalū mihi es.

nionem prima illa verba, vade post me ad apostolũ dirigit: reliquis vero, satana scandalum mihi es, zabolum vt ipse vocat, id est, diabolum ipsum compellat. Sic enim scribit hunc edisserens locum. Sciens dominus zabolicæ artis instinctum Petro ait: vade retro post me, id est, vt exẽplo se passionis sequatur. In eum verò per quem opinio hæc suggerebatur conuersus adiecit: Satana scandalum mihi es. Non enim conuenit existimare Petro Satanæ nomen & offensionem scandali deputari post illa indultæ & beatitudinis & potestatis tanta præconia. Sed quia infidelitas omnis diaboli opus est, Petri responsione dominus offensus cum opprobrio nominis infidelitatis istius est detestatus autorem.

Mar. 8. Hactenus ille. Prior sententia sanior, nam ex Marco euidentius liquet Petrum à domino compellatum nomine Satanæ. Vade, inquit, post me Satana, quoniam, &c.

Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis uenturus est, &c. reddet unicuiq; sc. op. s.) Quemadmodum nihil est in rebus humanis tam pretiosum, quo possit redimi vita corporalis semel amissa: ita nullus usquam reperiri poterit thesaurus tam ingens aut pretiosus, cuius permutatione poterit recuperari anima, id est, vera animæ vita (nam animam pro vita posuit) si ea semel fuerit æternis supplicijs addicta. Siquidem filius hominis Ch. dominus quum aduenerit iudicaturus haudquaquam munera recipiet, sed vnumquenq; iudicabit iuxta ipsius opera.

Amen dico uobis, sunt quidam de hic stantibus qui

non

non gustabunt mortem donec uideant filium hominis uenientem.) Monuerat dominus crucem tollẽdam, perdendam animã, damno mundi parandam vitæ beatæ æternitatem, denique & filium hominis aliquando demonstrãdum in magnifica gloria ac maiestate: quo igitur & alacriores discipulos ad implenda quæ monuerat redderet, & securiores illos de gloria quæ & ipsum & illos erat exceptura faceret, imaginem ac gustum aliquem futuræ illius gloriæ se demonstratum ire pollicetur.

Ex capite XVII.

Post dies sex.) Quod B. Lucas dicit, factum est autẽ post hęc ferè dies octo per synechdochen accipiendum est: propterea enim addidit fere dies octo. Hic autem tantum dies medij & integri numerantur.

Tibi unum, Mosi unum.) Quum Petrus præmiserit, bonum est nos hic esse, nõ dicit tamen, tibi vnũ, mihi vel nobis vnũ: vtpotè qui spem habuerit firmã à Christi tabernaculo neutiquàm se excludendum.

O generatio incredula & per. quousq; ero uobiscũ.) Exillo quòd paulo inferius interrogantibus discipulis quur ipsi non potuissent ejicere dæmonium, responderit propter incredulitatem vestram, liquet & hęc increpationis verba ad apostolos fuisse directa: qui tametsi fide non essent penitus vacui, nondum tamen cũ grano sinapis cõparandam habebãt fidẽ, qua montẽ illũ (dęmoniũ dico) ejicere potuissent. Potest etiã tamen in eo q̃d dicitur ꝓpter incredulitatẽ ve- H.

vestram non modo apostolorum, verum etiam patris simul & filij ipsius laborantis incredulitas sub intelligi.

Increpauit.) Apud nos illum, non potest referri nisi ad puerum: quum græca vox αὐτῷ possit vel ad puerum vel ad dæmonium. Sequatur lector quod maluerit.

Non potuimus eijcere illum. Dicendo illũ rei potius quàm verborum rationem euang. habuit, quũ alioqui dicendum esset illud, vt subaudias dæmonium quod præcessit: nunc dæmonem subaudiendũ
n. relinquitur: Hac loquendi forma vsus est & Terentius di. senium qui.

Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis mõti huic, transi hinc, & transibit. Sensus est. Si talem habueritis fidei virtutem, qualẽ habet minutissimũ ali quod sinapis granum acrimoniæ uirtutem, etiamsi despecti & humiles mũdo sitis, ingentia tamẽ & humanũ sensum exuperãtia poteritis perficere opera. Nã illud, dicetis mõti huic transi, hyperbolicos dictũ est, quò designetur immensa constantis fidei virtus. Alij interpretantur dicetis monti huic, hoc est, superbo dæmoni, transi hinc, hoc est, ab huius hominis corpore: siquidem iam tum dæmonium expulerat. Poterit & hoc pacto intelligi. Si habueritis fidem, id est, si ita in fide excreueritis, quẽadmodũ minimũ sinapis semen in ingentem assurgit arborem, sicut supra dixerat ca. 13. d. dicetis monti huic &c.

X. *Magister uester non soluit didrachma?* Percontatiue enunciandum est. Didrachma duas drachmas, hoc est, medium stater em continet. Drachma autẽ

præter

præter hoc quod ponderis nomen est tribus scrupulis constans, etiam numisma significat. Budæus didrachmum tantum ualuisse tradit, quantum septẽ solidi Turonici, solidos intelligẽs, ni fallor, quos vulgo Germani stuferos vocamus. Qui vero iuxta Hebræos expendunt, putant didrachmum valuisse binos aureos Colonienseis. Dicitur autem didrachma, ę, & didrachmum, mi. Hoc loco didrachma pluratiui numeri est, eo quòd græcè sit τὰ δίδραχμα, ἀ δίδραχμον. Cęterum quod ad tributum hoc attinet, parum conuenit inter veteres, quale nã fuerit. Illud autem probabilius videtur quod habet Amb. qui in Lib. epistolarum, epist. prima, tributum hoc legale fuisse, & in Exodo præceptũ tradit. Loquutus est dominus ad Moysen dicens. Quando tuleris summam filiorum Israel, iuxta numerum dabunt singuli preciũ pro animabus suis dño: & nõ erit plaga in eis, quum fuerint recensiti. Hoc aũt dabit omnis qui transit ad nomen, dimidium sicli iuxta mensuram templi, &c. Dicit quoq; idem Amb. hoc preciũ auctius fuisse ætate Christi quàm fuerit in lege præceptum. Hieronymus verò, de tributo Cæsareo intelligit. Dicit ergo. Præceptor vester nonne & ipse vt cæteri pensitat tributum? Respondet Petrus: Etiam ναὶ pensitat. Exo. 3.

Ergo liberi sunt filij.) Indicat se non obligari tributo seu censui persoluendo, vt pote qui filius esset regis regum omnium. Præcessit enim regum filios esse liberos. X.

Inuenies stateremi. Stater duo didrachma habet,

de quibus modo diximus. Producit autem pe. ſtatẽ in obliquis. Ex ipſis Domini verbis liquet ſtaterem tributum fuiſſe duorum, eoq; ſingula didrachma viritim penſitari ſolita. Inuenies, inquit, ſta. illum ſumens da eis pro me & te. Quod græcis dicitur ſtater ab ἵστημι, id eſt, pondero, hæbreis ſimiliter à ponderando שקל ſiclus dicitur.

Ioſe. li. anti. 4

Hie. in Eze. 4.

Ex capite XVIII.

NEceſſe eſt ut ueniant ſcandala. Veruntamen uæ homini illi per quẽ ſcandalum uenit.) Variè præſens locus exponitur. Beatus Hila. per ſcandalum paſſionis Chriſti humilitatem intelligit. In hoc enim, inquit, maxime ignorantia detinetur humana, quod ſub deformitate crucis, æternæ gloriæ dominum noluit accipere. Sub hominis nuncupatione autorem ſcandali huius Iudaicum populum deſignat, per quem oñe hoc mundo periculum comparatur, vt Chriſtum in paſsione abnegent, quẽ lex & ꝓphetę paſsibilem prędicauerũt. Iohannes Chry. hoc dixiſſe dominũ adſerit, non quòd uoluntatis liberatem, poteſtatemq; liberi arbitrij tolleret, aut quod neceſſitati rerum humanam vitam ſubjceret, ſed quòd prȩnunciaret id quod prorſus venturum nouerat. Orig. neceſſarium eſſe dicit vt veniant ſcandala propter malitiam malarum virtutum, quæ cauſa eſt humanæ malitiæ, & ſemper quærit organa quædam per quæ operetur aduerſus homines mundi.

Vę hõi illi.

Si autem manus tua, uel pes tuus ſcandalizat te, ab

ſcinde

ſcinde eũ.) Docet nos parabola, quòd nec proximis noſtris nec adhærẽtibus nobis debeamus parcere, quodque eos fugere debeamus, ſi ſenſerimus illorum nobis vita conſuetudineúe præſtari cauſas ruinæ. O.

Debilem uel claudum.) Quod interpres vertit debilem, hoc eſt κυλλόν, liquet hic pro eo accipiendum cui altera manus impedita ſit.

Videte ne cõtemnatis unũ ex his puſillis: Dico enim uobis quia angeli eorum in cœ. ſemper uident fac. Patris mei q̃ in cœ. eſt. Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat.) Puſilli, hic non ætate, ſed multorum æſtimatione appellantur: cuiuſmodi tum erant fideles in Chriſtum credentes, qui quum paruuli non ſint apud omnium maximum Dominum, multorum tamen æſtimatione tales eſſe putantur. Quum autem dicit, faciem Patris mei aſpiciunt, nihil aliud deſignatur, quàm ſumma fiducia eorum & honor præcipuus. Deinde quum mox adiungit, venit enim filius hominis &c. rationem reddit quur puſillos ſuos in ipſum credentes noluerit contemni aut ſcandalizari. X.

Stet omne uerbum.) Id eſt, firmetur omne verbũ. Θ.

Aßimilatum eſt regnum cœlorum homini regi.) Regnum cœlorum hic Patrem ſuum cœleſtem vult intelligi. Sic enim paradigma hoc interpretando concludit, Sic & Pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis, &c.

Decem milia talenta.) Talentum 60. libras habet, q̃ continẽt pondus 576000. granorũ hordeaceorũ. M.

Sic enim iuxta ſupputationem hebrǽorum ab obulo leuiſſima moneta,& minimo pondere ad maximum, quod eſt talentum numerando aſcenditur. Obulus eſt moneta pondus continens 16. granorũ hordeaceorum, quod ſexies replicatum denarium efficit,cuius põdus 96.hordea continent. Quatuor denarij ſiclum cõſtituunt,hoc eſt pondus 384. hordeorum. Porro cicli 25.libram,ſeu minam, hoc eſt, pondus horde.9600.Libræ vero 60. talentum efficiunt:quod ſi iuſtè multiplicaueris 576000. grana hordeacea põderabit. Budęus ita expẽdit vt 10000. talentorum, ſexagies centena milia coronatorum valere puter. Sic enim ſcribit in ſua Epitome de partibus Aſſis.Talentum multiplex fuit: ſed talentum Atticum,quod plurimum cælebratur ab hiſtoricis, ſexagnita libras valuit ſeu minas,hoc eſt,ſex milia denarium vel drachmarum,quæ ſexagies denos coronatos valent,hoc eſt ſexcentos.Decem talẽta, ſexmilia aureorum:15.talenta nouem milia:20.tale. duodecim milia:50.tal.triginta milia : 100. tal. ſexaginta milia:1000.tal. ſexcenta milia : 2000. talentum ſexagies centena milia,&c.

Ex capite XIX.

ET *dixit.*)Subaudiendum ex ſuperioribus, qui fecit ab initio,vel Deus creator. Itaq; rectius continuè legeris & citra periodum : Non legiſtis qa qui fecit ab initio,maſculum & fœ.fecit eos:& dixit ,ppter hoc dimittet homo &c.uſq; ad,Itaq; iam non ſunt duo.

Non expedit nubere.Qui dixit illis. Non omnes capiunt

piunt uerbum istud, sed quibus datum est.) Animaduertendum hoc loco verbum capiunt, nõ idem pollerè quod intelligunt, sed capiunt, id est, recipiunt siue capaces sunt, vel recipere possunt: id enim declarat græcum vocabulum χωροῦσι quod idem est & in eo quod sequitur qui potest capere capiat. Dicit ergo: Nõ omnes capiunt verbum hoc vestrum q̃d dicitis expedire vt non contrahatur matrimonium. Tãquàm si dicat. Optimum quidem fuerit propter Christum coniugij aspernari delicias: verum non omnes apprehendere valent hoc perfectionis cacumen: siquidem peculiari Dei dono opus est, vt possit quis sibi in totum à coitu temperare. Sine quo dono nec temperasse quicquam prodesse poterit ad salutem. Propter quod & subditur. Sunt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt. E. G.

Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, Deus.) Duplicem olim apud græcos huius loci fuisse lectionem, argumento sunt veterum interpretũ commentarij. Et alij quidem sed pauciores hic legũt vt apud Lucam scriptum est, τί με λέγεις ἀγαθόν: quid me dicis bonum? alij verò quid me interrogas de bono? Quod vt apud plures nominatioresq; reperio, ita & mihi magis probatur: præsertim quum D. Augustinum hunc locum quasi pugnantem cũ aliorum euangelistarum narratione conciliasse videam. Conciliat autem hisce verbis: De illo diuite, qui quærit quid boni faciat vt vitam æternam consequatur, potest videri distare aliquid quod secundum Matthęum dicitur, quid me interrogas de bo- Luc. 18. d. De conse. euan. li. 2. cap. 63.

no, secundum alios autem, quid me dicis bonum. Nam quid me interrogas de bono, ad illud magis referri potest quod ait ille quærens, quid boni faciam: ibi enim & bonum nominauit, & interrogatio est. Magister autem bone nondum est interrogatio. Commodissimè ergo intelligitur utrunq; dictum, quid me dicis bonum, & quid me interrogas de bono. Huc vsq; Aug. Iuxta nostram ergo lectionem & iuxta hunc euangelistam obiurgat saluator adolescentem, non quòd ipsum bonum appellaret, sed q̃ de tali aliquo bono percontaret, quo pacto posset promereri vitam æternam: quum nullum sit in hominibus benefactũ tam p̃stans, quod sine gratuita Dei beneficentia tale possit promereri præmium. Nihil enim verè bonũ est, nisi solus Deus. Vnus est, inquit, bonus, nempe Deus. Et quãquam hic videatur proprius Matthæi sensus, explanatores tamen ferè ita intelligunt hunc locum, quasi Mat. eisdem fit verbis vsus quibus Mar. & Luc. nimirum, quid me dicis bonum: tanquam si dicat: Frustra me bonum vocas quem purum credis esse hominem, quũ nullus sit verè bonus nisi solus Deus. Præterea non mihi hic iuuenis tentandi animo ad Christũ accessisse videtur, vt sentit Hiero. sed pio quodam studio exercendæ virtutis, vt apertius & latius docet tũ Chrysostomus alij: quanquam interim negari non potest, habendi cupidum atq; auarum hunc fuisse, & ob id ad perfectionis semitam non peruenisse.

O. n.

Camelum per foramen acus.) Κάμηλον (vel vt Suidas scribit κάμιλον per ι) hoc loco designare funẽ nauticũ primus adseruit Theophylactus, nonnulli inquiens, κάμιλον hic animal dicunt, sed est crassus funis

funis, quo nautæ vtuntur vt proijciant ancoras. Quod vt plausibile ac nouum est, ita neotericis magis arridet. Euthy. obiter indicat duntaxat nonnullis eam fuisse opinionem. Verum primi euangeliorum eluci datores de animante exponunt, rudentis verò ne mentionem quidem faciunt. n.

Quàm diuitem.) Subaudi, in diuitijs suis confidentem (vt be. Mar. apertius eloquutus est) intrare in regnum cœlorum.

Ex capite XX.

Similè est regnum cœlorum homini patrifamilias qui exijt primo &c.) Seipsum, saluator noster hic regnum cœlorum appellat, quemadmodum id & aliàs ipsum facere superius indicauimus. Patremfamilias ergo, (vt Hilarij verbis dicã) Dominum nostrum Iesum Christ. existimari necesse est: qui totius generis humani curam habens omni tempore vniuersos ad culturam legis vocauerit. Vineam verò legis ipsius opus & obedientiam: denarium aũt, obedientiæ ipsius præmium significare intelligimus. Forum pro seculo accipi res ipsa admonet, æquabiliter turbis hominum calumniarum iniuriarumq; contentionibus, & diuersorum negociorum difficultatibus semper tumultuosum. Distincta momẽta horarum, diuersæ sunt seculi huius ab ipso mundi exordio, seu etiam humanæ vitæ, ætates. Pater familias. Vinea. Denarius. Forum. Horæ.

Ex *denario diurno.*) ἐκ δηναρίου, subaudi κατὰ, τὴν ἡμέραν, id est, pro denario in singulos dies. Valet autem denarius iuxta æstimatio- M.

nem hebreorum idem quod drachma & zuza, estq; quarta pars sicli: Continet aũt sex obolos. Obolus vero iuxta interpretationẽ Cabalæ pondus habet argenti (ni fallor) sedecim granorum hordeaceorum. Itaq; denarius pondus 96. hordeorum habeat oportet. Budæus vero li. de Asse 5. accuratius hunc expendens locum, denarium diurnum tres solidos & semissem valere dicit, quanti vinitores ferè conduci solent. Et consequenter denarium hunc Romanum fuisse ex eo ostendit, quòd ca. 7 7. dicitur, Ostendite mihi numisma census: at illi obtulerunt ei denariũ. Ex quo, inquit, apparet in denario fuisse effigiem Cæsaris Augusti, vel Tyberij: & tales hodie denarij circumferuntur, ne quis de eo dubitare possit. Hæc ille.

Et accipientes murmu.) Nemo ita accipiendum puter, quasi liuor aliquis aut murmuratio sit inter sanctos: quin potius agnoscat summum hac respõsatione exprimi postremis exhibitũ fauorem: qui postremi prioribus illis & ad mercedem accipiendam vocantur priores, & in ipso præmio redduntur
e. æquales. Quæ gratia tam est insignis, vt iuxta humanam conditionem æstimationemq; non iniuria quis possit inuidere.

Quod uolo facere in meis.) Illud in meis, potest
E. vel ad res, vel ad personas pertinere: sed commodi-
A. us ad res, vt sic vertatur, in ijs quæ mea sunt.

Non est meum dare uobis, sed quibus paratum est. Primum ꝓhi honorem, summãmque dignitatem
n. ambiebant, idq; interuentu matris: at Dominus sim

pli-

pliciter se his daturum negat, sed alijs potius, nempe ijs quibus id paratum esset à Patre. Et quidē quantum ex sacrorum euangeliorum narratione aduertere possumus, non absurdum videtur, si Mosi atque Eliæ dignitatē hanc reseruatam intelligamus. Siquidem hi ipsi præ cæteris omnibus Christo in regni sui gloriam transfigurato adsistere conspecti sunt: quam vtiq; visionem venturæ illius visionis effigiem prætulisse nemo est qui ambigat. Quibuscū que tamen hic honos sit reseruatus, eius non prorsus exortes futuros arbitramur hos ipsos Apostolos: vtpote quos sicut & cæteros super sedes 12. consessuros ac iudicaturos 12. tribus Israel, Christo hoc ipsum pollicente, cognouimus. In hanc sententiam ferè bea. Hilar. ne quis fortè existimet hoc me de cribro (quod aiunt) diuinare. Sunt qui secus ediſſerant, verum hoc mihi visum est simplicius.

Principes gentium dominantur eorum.) Interpres suo, aut certe seculi sui more gentis vocabulum sub masculino genere vsurpat: sicuti & aliâs in scriptura positum inuenitur: vt Psal. 9. Iudicentur gentes in conspectu tuo: cōstitue Do. legislatorem super eos, nisi forte dicere malis eum ad rem respexisse potius, quàm ad vocem. Et dominātur eorum ex imitatione dicit græcorum, pro dominantur eis.

Dare animam suam. Id est, vitam suam redemptionem siue λύτρον, precium pro multis.

Ex capite XXI.

In castellum quod contra uos est.) Græcè est, εἰς τὴν κώμην τὴν ἀπέναντι ὑμῶν, in oppidum,

pagum, castellum, vel vicum, qui ante, vel cõtra vos est. Incertum enim quid horum sentiat: nec liquet ex commentatoribus antiquioribus siue hunc, siue alios euangelistas enarrantibus, qualem aut quem nam locum intelligat. Ex eo tamen quod Lucas habet, Cum appropinquasset ad Bethphage, & Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliueti: atque item ex situ terræ sanctæ suspicor hoc castellũ fuisse Bethaniam, propterea quòd venientibus ab Iericho Bethphagen cernatur quasi in opposito: & à Bethphage recta euntibus Ierosolymam relinquatur paululum extra viam in sinistra, in latere montis Oliuarum, ad quem iam Dominus venerat aut certè propinquabat. Et quia Bethaniæ in summa erat æstimatione & autoritate, quum propter alia, tum præcipue propter suscitationem Lazari iam tum nuperrimè factã, vt liquet ex illo Iohannis duo decimo. Propterea & obuiam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum: ideo dixit discipulis: Si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus ijs opus habet, & confestim dimittet eos. Porro quòd per castellum non designetur Ierosolyma, ex multis colligi potest argumentis. Primum quòd nusquàm ea ciuitas in scriptura hac voce siue græca siue latina inueniatur designata. Nam vt κώμη aliquoties oppidum signet nusquàm tamen metropolim, aut ciuitatem alioqui celebriorem. Vnde beatus Lucas dum hoc nomine omnia complecteretur oppida Galileæ atque Iudææ, quasi indicãs hoc nomine non comprehendi eius regionis caput Ierosolymam, nominatim eam expressit d. Qui venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ, & Ieru-

Luc. 5. a.

lem

rusalem: Deinde quòd nullus veterum hanc recentium de castello opinionẽ habeat aut insinuet: Postremò quòd in Origenis cõmentarijs sententia deprehendatur huic plane aduersa. Quum enim dicit, Et forsitan cum ascenderint in Ierusalem sedente Iesu super se, asina & pullus & facti illic non remanebunt ibi, sed remittentur: & rursus, Erant autem ambo, id est, populus ex Iudæis, & populus ex gentibus in villa, & non in ciuitate Sion vel Ierusalem: subindicat ex pago quopiam adducta fuisse animalia. Huic etiam sententiæ adstipulatur Hi. qui pro castello legit vicus. Sileo interim quod non videatur verisimile huiusmodi vilia iumenta porro abfuisse, aut ab eo loco petenda fuisse quo Dominus contendebat. De significãtia κώμης & castelli habes sup. c. 14.

Dicite filiæ Sion.) Ipsi filiæ Sionis, hoc est, populo Israelitico.

Sedens super asinam & pullum filium subiugalis.) sup. asinæ. Ad hoc ꝗd quæri posset vtri Dominus iumento insederit, pullo ne, an asinæ, alij ipsum vtriq; prius vni, deinde alteri insedisse respondent: atq; in hac sententia est Be. Au. alij pullo duntaxat, iuxta id quod alij habent euangelistæ: & quòd hic de vtroq; dicitur animante, ad allegoriam trãsmittendum autumant, populi Iudaici & populi gentilis. Li. de consensu. euã. 2. c. 66.

Hosanna filio Dauid: benedictus qui uenit in nomine Do. hosanna in altissimis.) Hoc celebre encomium Christo acclamabat promiscua Iudæorum multitudo: scilicet edocta solẽni quadam cõsuetudine, qua illud, atq; etiamnum totus ipse psalmus, Confitemini Domino quoniã bonus, vnde hic versiculus desum-

ſumptus eſt, in certis quibuſdam feſtiuitatibus, peculiariter in octauo feſti tabernaculorum die, (vt in cõſtitutionibus Iudæorum legimus) ſolitus erat decantari: atq; hoc ipſo atteſtabatur Dauidicũ illum pſalmum, qui manifeſtè de Meſchiç aduentu eloquitur, in Ieſu Dauidis filio iam tandem eſſe completum. Verba autem Pſalmiſtæ ſic habent,

אנה יהוה הושיעה נא אנא יהוה הצ
הצליחה נא: ברוך הבא בשם יהוה

Id eſt, O Domine ſaluũ fac: O Domine proſperare. Benedictus qui venit in nomine Domini. Vel, obſecro Domine ſaluũ fac quęſo: obſecro Domine proſperè age. Benedictus qui venit in nomine domini. Hac ergo cõfeſsione quemadmodum Dauid olim prophetando, & ſynagoga Dauidem ęmulando in prædicta ſolennitate, decerptis (ſicuti in feſto tabernaculorũ fieri iubetur in Leuitico) arborum ramis, ſummum illum יהוה omnium Deum gratulabũdi compellabant atq; laudabant: ita nunc quoq; Hebræorum populus, decerptis etiam ramis eandem illam confeſsionem in Chriſtum referebat, credendo et cõfitendo quòd ipſe verè eſſet יהוה q ſuo aduentu ac morte ſaluaturus eſſet vniuerſum mundũ. Quod autem dicitur, hoſanna in altiſsimis, hoc deſignat, quòd altiſsimè, & quaſi in cœlum vſq; voces ſtulerint: vel ſecundum Hiero. quòd ſaluatore adueniente, hoſanna, id eſt, ſalus (ſic enim ipſe interpretatur) in cœlum vſq; id eſt, etiam ad excelſa peruenerit: pace facta non ſolum in terra, ſed & in cœlo: vt iam dici aliquando ceſſaret, Inebriatus eſt gladius meus in cœlo. Teſtatur etiam idem Hier. in epi. quadam

Ieſa. 31.

dam ad Damaſum, pro hoſanna in altiſsimis à be. Matthæo hebraicè הושיעה נא ברמיה ſcriptũ fuiſſe: ex quo arguitur euãgelium illud hebraicum quod nuper prodijt, non eſſe germanum Matthæi euangeliũ ab ipſo deſcriptum: Quin & ex alijs non nullis locis deprehendi poteſt translatitium eſſe, & ex græco, aut ex grẽco & ſimul ex latino eſſe transfuſum. Nam hic ſcriptum legimus nõ vt Hie. indicat, ſed hoc pacto הושענא בעלעגרת. Cæterum quod ad orthographiam & pronunciationem attinet huius vocis hoſanna: nonnulli putant à nobis corruptè dici hoſanna, dicẽdumq; hoſchiãna. Apud hebræos tamen ſcriptum inuenio, הושיעה נא & הושיענא & הושיעהנא Verum hac in re anxius immorari ſuperuacaneum eſſe puto.

Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.) Tẽplum Dei ſpecum latronum faciebant, quia non lucra ſpiritualia in animarum ſalutem, ſed terrena atq; illicita ſectabantur, in animarum exitium. X.

Mane autem reuer. in ciui. eſurijt. Et uidens ficiã bo. &c æ.) Si quaſi homo eſurijſſet cibum, (inquit ille in opere imper.) nũquàm mane eſurijſſet: ſed ideo mane eſurijt, quia ſemper eſurijt, qui iuſtitiam hominum eſurijt aut ſalutem. Meritò ergo veniẽs ad gentem Iudęam Chriſtus, manè eſuriebat, quum per tot millia annorum nullũ iuſtitiæ ſuæ acciperet cibum. Deinde poſt aliquanta ſubdit. Arbor fici eſt ſynagoga. Folia autem viriditatis, ſunt ſpecies tantummodo ſanctitatis in homine, aut ſine fructu operũ verba religioſa. Quicunq; ergo homo religioſus, id eſt, arbor rationalis profitetur ſe eſſe Dei, & iuſtitiam

non

2.Tim.3. non operatur, arbor est tantummodo, folia sine fructu portans: quales sumus nos de quibus propheta uit Apostolus: Erunt, inquit, in nouissimis diebus homines seipsos amantes, cupidi, &c. speciem quidem pietatis habentes, virtutē autem eius abnegantes: quos in finem maledicturus est Dominus, vt nū quàm ex illis fructus nascat, sicut maledixit Iudęis, & aruerūt. Secus viā, est iuxta mundū. Ideo ergo nullum in Iudęis fructum Christus potuit inuenire, qa iuxta mundum viuentes erant, id est secūdum mundum. Mūdus enim via est communis, per quam omnes transeunt qui nascuntur. Plura habes lectu digna in prototypo.

Hom. in Mat. ex diuersis 23. *Nunquàm ex te fructus nascatur in sempiter. Et arefacta est.*) Tu (inquit quidam apud Chr.) in hac arbore homo terreris: tu instrueris: tu salubriter admoneris: tibi procurantur exempla: tibi causę aptantur: propter te istius arboris argumenta traduntur. Aduentum domini bonis fructibus pręueni. Quod in te Dominus optat inueniat, quod quærit reperiat, quod desiderat habeat, ne quod à Deo arbori contigit, sibi contingat. Tractat hunc locum Paulinus epi. ad Desiderium, si quis fortè desiderabit.

E. *Nō solū de ficulnea facietis.* δ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε. Nō solum hoc q̄d in ficu factū est facietis.

O. im. *Si monti huic dixeritis, tollere, &cæt.*) Mons hic diabolus accipiendus est: qui mons dicitur non propter altitudinem dignitatis, sicut angeli sancti, sed propter inflationem superbiæ: non propter firmitatem virtutis, sed propter immobilem & incorrigibilem malitiam. Si quis pleniora desiderabit, pul-

pulcherrima hic habet Opus imp.

In qua poteſtate hæc facis.) ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ, id eſt, quo iure, qua licentia, qua autoritate? Orig. tamen ἐξουσίαν pro δυνάμει virtute accepiſſe videtur. Numerat enim multas poteſtates tã Dei, quàm diaboli. Idem verbum & in ſequentibus eſt, quis dedit tibi hanc poteſtatem.

Homo quidam habebat duos filios: & accedens ad pri. dixit. Fili uade, &cæt.) Prior filius eſt populus gentium, poſterior populus Iudæorum: quandoquidem ille ex Noë, iſte ex Abraham deſcendit. Ille reſpondit nolo, ipſo opere palàm teſtans ſeſe volũtati diuinæ non parere: iſte reſpondit, eo Domine, ore ac ſermone religionem promittens, iuxta illud, Omnia quæ loquutus eſt Dominus faciemus, alienus interim ab opere. Ex his facile aduertere eſt quorſum Dominus tendat. O. imp. Exo. 24. b

Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit uineam: et ſepem circũdedit ei: et fodit in ea torcular: et ædificauit turrim: et locauit eam agricolis: et peregrè prof. eſt etc. Homo paterfamilias Pater eſt cœleſtis, homo propter natiuam (vt ita loquar) erga nos miſeros humanitatẽ & comitatem: pater propter creationem, nutritionẽ, originem, indulgentiam: pater familias, familiam habens multò maximam, ampliſsimamq́, vtpote & angelos ſimul & homines, cœlum pariter & vniuerſum terrarum orbem, atque adeo creaturas omneis complectentem. Huius Patris vinea ea eſt de qua Ieſa. Vinea domini exercituũ domus Iſrael eſt, de cuius plantatione Pſal Ieſa. 5.

mogra-

Psa,79. mographus. Vineam de Aegypto transtulisti: eiecti-
A.in Lu.19 sti gentes & plātasti eam. Sæpes munitio est diuinæ
seu angelicæ custodiæ, ne facile (inquit Amb.) spiri-
tualium pateret incursibus bestiarum. Torcular alta
re, seu locus libaminum: vbi veluti in torculari expri
mebatur victimarum cruor. Turris eminentia legis,
quæ (inquit Hil.) & in cœlum ex solo progressa pro
ueheret: & ex qua speculari Christi posset aduentus.
Am.O. Agricolæ pontifices, sacerdotes, scribæ & phariſæi,
quorum interest zizania reuellere, semētem facere,
O. irrigare, putare. Peregrinatio, diuinæ illius dignatio
nis qua illos in columna ignis per noctem, & in nu
be per diem, donec plantasset eos introductos in
montem sanctum suum, subtractio. Tempus fru-
ctuum, tempus prophetarum. Serui emissi, diuersi
sunt alij post alios destinati prophetæ atq; doctores:
quorum alij pulsati, alij lapidati, alij occisi fuere. Fi-
lius tādem emissus Christus Dominus est, qui extra
Ierusalem, tanquàm extra vineam abiectus, extre-
mo supplicio eoq; ignominiosissimo atrocissimoq;
traditus fuit. Consilium colonorum, & hæreditatis
Hil. (occiso hęrede) præsumptio, spes inanis est, gloriam
legis perempto Christo posse retineri. Reuersio, re-
O. surrectio à mortuis, quando Dominus vineā suam
consignauit alijs agricolis, nempe Apostolis ac cæte
ris facientibus fructus eius. Sic se habet huius para-
bolæ enarratio, tum antiquior, tum etiam, ni fallor,
angustior. Sunt tamen inter veteres, qui nonnulla
aliter ediſſerant: per sepem intelligētes legem, quòd
ea arceret à vetitis, deinde etiam Iudæos separaret à
Θ. gentibus prophanis: per torcular prophetas, quòd
ex ipsis quasi ex torcularibus musti instar exprimere

tur

tur gratia Spiritus sancti: deinde etiam mysterium passionis dominicæ: pro quo quidam psalmi inscripti sunt pro torcularibus, vtpote musto æstuantes sanguinis & passionis Christi: per turrim, templum: per agricolas, operarios illos in vineã conductos, de quibus habes supra cap. 20. per profectionem, liberum operãdi arbitrium: iuxta illud Sirach in Ecclesiastico, Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu arbitrij sui, &cæt. Per domini regressum, aduentum ipsius ad iudicium. Hie. A. O. l. c. Ec. 15. c. Hil.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Quos modo agricolas dixit, eosdem hic ædificatores appellat. Vnde Apostolus, Dei, inquit, agricultura estis, Dei ædificatio estis. Quem modo filium dixit foras eiectum, eundem nunc lapidem vocat reprobatum. Porro lapis hic factus caput anguli, seu angularis, idem Dei filius est, Iudaicum & gentilem populum, tanquàm duos parietes connectens: vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem: & reconciliet ambos in vno corpore Deo. Psa. 117. 1. Cor. 3. b. Eph. 2. c.

A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.) Quum res ipsa postulet, vt ὃ istud referat factum ipsum quod narratur, nempè lapidem reprobatum factum esse anguli caput: apud græcos tamen ὃ ἄυτη non potest pertinere nisi ad κεφαλὴν, caput, vel ad γωνίας anguli: similiter nec θαυμαστὸ mirabilis, quæ omnia eiusdem sunt generis. Verum hac in re ad hebraicam recurrendum est originem. Hebræa igitur sic habent, Psal. 117.

אבן מיאסו חבנים היתה לראש פנה: מאת יהוה היתה זאת היא נפלאת בעינינו

quæ ad verbum sonant, Lapidem reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli. A domino factum est istud, est mirabile in oculis nostris. Vbi nihil erit quod offendat si memineris hebræos non habere genus neutrum, eiusq; vice vti fœminco: veluti dum referunt indicantúe sententiam aliquam, aut factum, & huiusmodi. Sic enim loquuntur, קנאת יהוה צבאות תעשה זאת Zelus Domini virtutum faciet hanc, id est, hoc, vel hanc rem. Et vnam petij à Domino, hanc requiram.

n.

Qui ceciderit super lapidem istum confringetur: super quem uero ceciderit conteret eum. Varie hunc locum ediſſerunt. Nam be. Hiero. quid hic intellexerit, his edocet verbis. Aliud est, inqt, offendere Christū per mala opera: aliud negare. Qui peccator est, & tamen in illum credit, cadit quidem super lapidē, & confringitur, sed nō omnino conteritur: reseruatur enim per pœnitentiam ad salutem. Super quem verò ille ceciderit, hoc est, cui lapis ille irruerit, & qui Christum penitus negauerit, sic conteret eum, vt nec testa quidem remaneat, in qua hauriatur aquæ pusillum. Auguſt. verò paulo secus enarrat, scribens & ipse in hæc verba. De ijs dicit, cadēt super eum, qui illū modo contēnunt vel iniurijs afficiunt: ideo nondum penitus intereunt, sed tamen confringuntur, vt nō recti ambulent. Super quos autē cadit, veniet illis desuper in iudicio cū pœna perditionis: ideo dixit conteret eos, vt sint impij tanq; puluis quē, pijcit vētus à facie terræ. Porro Chry. Duas hic, inquit, perditiones denotauit: alteram, quia offenderunt

O, imp.

Li. quæſt. euā. 1. c. 30.

&

& scandalizati sunt, (Iudæi scilicet) hoc est quod dicit, qui ceciderit super lapidem hūc: alterā quia capti, calamitosi, & ærumnosi semper vixerunt & viuent: quam apertissime expressit d. conteret ipsum.

Ex capite XXII.

Similē est re. cæ. homini regi qui fecit nuptias filio s. et misit seruos suos uocare inuitatos ad nu. et nolebāt uenire. Iterū misit alios ser. d. dicite inuitatis, etc.

Et hęc, ficut superior illa vineæ parabola, diligentiā, prouidentiam, curamq; & longanimitatē Dei erga Iudęos summā, & ipsorū in Deum ingratitudinem significat: reiectionem quoq; ipsorū & vocationē gētium. Videtur aūt mihi hęc parabola iuxta primariā intelligentiam proprie referenda ad tempus Christi et noui test. iuxta Hi. non aūt ad tēpus vtriusq;, vetus videlicet & nouū, vt ab alijs enarratur etiā veteribus. Quū em nuptię hę propriè in incarnatione Filij Dei ceptę sint, & notanter cōuiuę non inuitati, sed olim inuitati hic vocati dicātur, hinc datur intelligi hæc omnia ad tēpus Christi pertinere, et inuitatos intelligi debere Iudęos ante inuitatos per prophetas. Nuptię itaq; filij regis coniunctionē signāt Christi Filij regis omnium summi cum ecclesia, & cū cuiuslibet fidelis anima. Quę ideo nuptię vocant, quia ingens hic Dei charitas, & summus spiritualium rerum splē dor ostenditur: vbi nihil triste, nihil luctuosum, sed omnia spiritualis gaudij plena sunt. Serui priori loco missi Iohannem Baptistam & Apostolos, posteriori loco indicant Apostolorum successores. In eo quod dicitur, & nolebant venire, Iudæorum insinuatur inobediētia, atq; cōtemptus, qui Christo X. Hil. X.

per fidem coniungi noluerint. Illud quoq; hic admonendum, regnum cœlorum hic dici per metonymiam pro rege cœlorũ, vel rege cœlesti, nempe Deo patre: de qua phrasi plura diximus Mat. 13. Similis est ergo, inquit, rex ille cœlestis, quod ad nostri attinet curam, regi terreno.

Prandium meum paraui, tauri m. & altilia occisa sunt: & o. par.) Per hęc omnia in summa intelligun
tur iuxta communiorem sensum cibi & deliciæ spi-
O. Hie. rituales, quibus pascitur ac saginat hominis anima:
sed potissimũ sermo diuinus propter multas ipsius
cum cibo corporali proprietates, quas fuse persequi
tur autor operis imp. Porro quod ad taurorum & al
tilium peculiarem significantiam attinet, id mihi ac
modatius censetur quod habet Gregor. per tauros
Gr. ho. 38. intelligens prophetas & patres testamenti vet. per
altilia seu saginata, Apostolos & sanctos testamenti
noui: idq; tum propter volatum desideriorum cœle
stium, tum propter gratiam pinguedinis internæ.
Non quòd ipsi aut ipsorum nobis in cibum sint cor
pora, sed potius ipsorum vita, doctrina atq; exẽpla:
de quibus pulchra habes in Opere im. Vnus tamen
inter veteres Hil. de conuiuio hæc felicitatis futuræ
intelligere videtur: dum nuptias hasce, vitæ cœlestis,
G. & in resurrectione suscipiendæ æternæ gloriæ dicit
esse sacramentum. Verum huic refragatur quod se-
quitur, congregauerunt malos & bonos. Pro occisa
in græcis est πε[illegible]ένα mactata seu immolata, quòd
olim in nuptijs, sacris epulis agerentur conuiuia.

Abierunt alius in uillam s. alius uero in negociatio
O. im. *nem suam.*) In villam ire (inquit Gregorius) est labo
ti terre-

ri terreno immoderate incumbere: in negociationem verò ire, est actionum secularium lucris inhiare. Hilarius per villam ambitionem intelligit, quomodo eandem vocem Luc. 14. accipit Augustinus. Theop. vero voluptatem. Sic enim scribit. Alius quidem εἰς ἀγρὸν ἀπῆλθεν ἀγρόν, in proprium rus abijt: hoc est, indulsit delicijs vitæ. Vniuscuiusque enim ager est corpus. Alius autem in negociatiõem suam, hoc est, auaritiæ deditus fuit. Negociatorum enim genus auarum est, & lucri cupidissimum. A. de verbis do. ser. 34.

Mißis exercitibus perdidit homi. il. & ciui. &c.) Exercitus vel vltores angelos de quibus in Psal. scribitur: Immissiões per angelos malos: vel Romanos accipiamus sub duce Vespasiano & Tito: qui occisis Iudææ populis prȩuaricatricem succenderint ciuitatem. Ita Hieronymus. X.

Ite ergo ad exitus uiarum.) Ad exitus & fines viarum ire iubentur, vt longè lateq; dispersos cuiuscunque conditionis homines, etiã extra omnem viam veritatis positos conuerterent, eoq; ad diuinas vocarent nuptias.

Impletæ sunt nup. discumbentium. Antiquè & grȩcanicè loquitur interpres, pro impletæ sunt discumbentibus. Vnde etiam Vergi. implentur, inquit, veteris bacchi, id est, veteri vino. Et Tit. Liuius, li. 1. Adulescentem suæ temeritatis implet. Posset tamen discumbentium vel à nuptiæ rectum accipi: vt impletæ absolutè ponatur.

Non uestitum ueste nupt.) Be. Gre. per vestem nudocet accipiendam charitatem potius quàm fidem (quod nõnullis placet) propterea quòd Christus eã O. im.

tum maxime se habere ostenderit quũ ad associãdę sibi ecclesię venit. Sunt qui per hãc vestẽ bona opera
O.He. intelligant, quod Gregorio non repugnat, si opera accipiamus ex ipsa charitate profecta.

Cum Herodianis. Id est, militibus Herodis, vel ipsius fautoribus & amicis, q̃s illudentes Pharisæi, q̃
He. Romanis tributa penderent, Herodianos vocabãt, quasi diuino cultui haud deditos.

Ostendite mi. numisma census. At illi obt. ei denã.) Denarius idem est nũmus, qui græcis drachma, et hebræis zuza appellatur, cuius valorem Ra. Salomon aureum Coloniẽsem esse putat. Verum probabilius videtur numisma cẽsus, id est, denarium non pluris valuisse quàm tres solidos cum semisse: quanti videlicet & supra ca. 20. à Budæo æstimatur.

Diliges Do. Deum tuum ex to. cor. t. et ex to. anĩ. & ex to. me. t. In summa id vult hoc præceptum, vt
C.c. Deum amemus, colamus, honoremus, eiq; in omnibus obsequamur, quantũ corde, intellectu, affectu, vita, volũtate, mẽte, memoria, breuiter omnibus tã corporis q̃ animi viribus cõsequi valemus. Hoc aũt præcipit Dominus, non q̃ necessariò velit ita ad plenum obseruari in hac vita mortali: nam id quamdiu
Sap. 9. d. corpus quod corrumpitur aggrauat animã, & caro
Li. de. perf. concupiscit aduersus spiritũ perfectè adimplere, Au.
humã. iu teste haud possumus: sed vt sciamus quo tendere ac
sticię ante niti debeamus: scilicet vt hic quidem id impleamus
medium quatenus fieri potest, perfectè tandẽ impleturi in vi
Au. ibidẽ. ta cælesti, vbi euacuato quod ex parte est, & abolita
1. Cor. 13. c. fide & spe, charitas quæ nunquàm excidit mansura atq; consummanda est. Tunc autem quod sat est

hoc

hoc præceptum implemus, quando sedulò huc contendẽtes, ex syncero amore factum obseruamus de cælogum, nullumq; committimus crimen capitale. Nam & miles vel tunc etiam suo duci placet ac facit satis, quãdo legitime certat & militat, etiamsi hostẽ omnino non trucidet. Eo tamẽ placet magis, quo hostem amplius premit. Ita & nos quoque nostro duci placemus: atque adeo etiam ab ipso remunerabimur, quando legitimè ad præscriptum nobis finem contendimus, etiamsi hic eum adsequamur nunquàm. Cui etiam quo magis propinquamus, hoc sumus imperatori nostro gratiores. Tractat hoc argumentum be. Thomas Libro alterius par. posteriore, quæs. 24. ar. 8. & quæs. 44. ar. 6. item Petrus Lom. li. sent. 3. dist. 27. si quis fortè desiderabit. Cæterum quod ad dictionem acceptionemq; attinet, cordis, animæ, & mentis, varia est doctorum sententia: vulgatior tamen est, quam dicto loco habet Lombardus, per cor intelligẽs intellectum, per animã voluntatem, per mentem memoriam: Huius tamẽ autor primarius est be. Au. cuius hic ad maiorẽ rei euidentiã subscribo verba: Tres, inqt, habes à Patre & Filio & Spiritu s. concessas dignitates, id est, intellectum, voluntatem, & memoriam: quod idẽ licet alijs verbis in euangelio designatur. Diliges Do. De. t. ex to. cor. t. & ex tot. ani. tua. & mente, & omnibus visceribus tuis. Ex his enim tribus imaginem conditoris nostri mirabiliter gerit nostra natura, noster interior homo: ex qbus quasi excellẽtioribus animę dignitatibus iubemur diligere conditorem: vt quantũ è nobis intelligitur, diligatur: semper in memoria qua recipitur habeatur. Nec solum

A. in ep. III ad Iulianũ comitem.

sufficit nobis Deum intelligere, nisi fiat in amore eius voluntas nostra. Imo nec hoc sufficit, nisi cũ memoria & voluntate opus addatur. Hactenus ille. Poteris quoq; iuxta simplicem verborum sonum, per cor intelligere affectum: per animam, vitam (sic em̃ frequentissimè vita accipitur in literis arcanis) & per mentem intellectũ. Et huic expositioni suffragatur etiam alibi ipse Au. nisi q; per cor intelligat cogitatum: item illud apud Ma. ca. 12. Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex to. anima, & ex to. fortitudine: vbi pro ex to. mente, quod prius dixerat Dominus, scriba ipse Domini respondionẽ te petẽs dicit, ex toto intellectu. Ad hęc etiã vox διάνοια, non modo mentem signans, verum etiã intellectum, sensum, cogitationem, sententiam, & ingenium. Iam quod be. Luc. adijcit, & ex omnibus viribus tuis, quasi explicatio est præcedentium, & veluti epitome omnium ad ea pertinentium.

Li. de. doc. christi. c. 22. to. 3.

Lu. 10. c. 9.

Dixit Dominus.) Nempè Deus Pater, Domino meo, Christo videlicet meo filio, meoq; atque omnium Domino.

Ex capite XXIII.

Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias.) Quo plenius intelligas quid sentiat Saluator, paucis hic quod be. Hie. de phylacterijs ac fimbrijs tradit perstringã. Dominus quũ dedisset (inqt) mãdata legis per Mosen, ad extremũ intulit. Ligabis ea q̃si signũ in manu tua, erũtq; & mouebũtur inter ocul. tuos: scribesq; ea in limine, & in ostijs domus tuę. Et est sensus. Præcepta mea sint in manu tua vt opere cõpleantur: sint ante oculos tuos vt die

ac nocte meditetis in eis. Hoc Pharisæi malè interpretãtes scribebant in membranis decalogum: & cõplicãtes ea ad coronæ similitudinem fronti circumponebant & brachio. Itaq; personati, quum prodirent in publicum ab indocta plebecula ac mulierculis vt observantissimi legis habebant. Iusserat quoq; Moses, vt in 4. angulis palliorum hyacinthinas fimbrias facerent, vt quomodo in corporibus circumcisio signum Iudaicæ gentis daret, ita & vestis haberet aliquam differentiam. Superstitiosi igitur magistri captantes auram popularem, & ex mulierculis sectantes lucra, faciebant grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant, vt quoties pungerentur, quasi hac admonitione retraherentur ad officia domini, & ministeria seruitutis eius. Præterea picta tiola illa decalogi ἀπὸ τῆς φυλάξεως, à seruando φυλακτήρια, hoc est conseruatoria vocabant, q in eis legis seruaretur memoria: quorum quo quisq; erat studiosior & maiores fimbrias circumferebat, hoc religiosior habebatur apud simplices.

Vos autem nolite uocari rabbi &c. Et patrem nolite uocari uobis super terram.) Quum præmittat saluator noster, amant autem primos recubitus in cœnis, & amant vocari ab hominibus rabbi, ac deinde subdat, vos autem nolite vocari rabbi, palam indicat se non interdicere nudam patris aut magistri appellationem, sed superbum illum affectũ, quo amabant, imò ambiebant huiuscemodi nominum appellationibus honorari, præsertim quum patris & magistri cognomina nulli verè tribui possint præterquam vni & soli Deo, cui verè debetur omnis ho

E. nos, sapientia & autoritas. Nam quicquid harum rerum in mortalibus esse potest, vmbra quædam erit si ad Dei magnitudinem conferatur, quanq& hoc ipsum diuinæ largitati acceptum ferri debet. Vide Driedonem de ec. dogma. li. 1.

Circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum, & quum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ, duplo quàm uos.) Hyperbolicè mare & terram illos circuire dicit, propter ingens studium quo ferebantur vt vnum aliquem proselytum, id est, aduenam facerẽt, hoc est vt extraneum aliquem ad le-
E. gis Mosaicę professionem pellicerent. Qui quũ attractus esset spe discẽdæ religionis, superstitiosa scribarum doctrina peruersisq; moribus, talis reddebatur, vt non solum non fieret purus Dei cultor & hæres regni cœlorum, sed sceleratior etiã fieret Iudæus, quàm fuerat ethnicus: & magis etiam obnoxius gehennæ, quàm essent ipsi pharisæi. Fit enim nonnũ quàm vt discipuli vincant etiam malos prę ceptores.

Qui autem iurauerit in auro, debitor est. Et paulo inferius. Quicunq; autem iurauerit in dono quod est super illud debet.) Docebãt Pharisæi vt quicunq;
D. iurasset in auro aut in dono, hoc est, per aureum vas vel per bouem, vel ouem oblatam in sacrificium, ac deinde peierasset, similia persolueret.

Qui decimatis mentham.) Id est, qui decimas vobis persolui iubetis etiam è uilissimis holeribus, cuiusmodi sunt mentha, anethum cyminum, siue cuminum. Duo postrema pro. mediam.

Excolantes culicem, camelum autem glutientes.) Hac metaphora notat Phariſæorum ꝓposterum in ser-

ſeruandis mandatis iudicium, quod in minimis ſeruandis eſſent ad ſuperſtitionem vſq; diligentes: cæterum in maioribus, negligentiſſimi. Excolare eſt expurgare. Culices generali nomine vermiculi parui alati dicuntur.

Paropſidis.) Paropſis vel parapſis, (nam vtroq; modo dicitur) eſt diſculus quo cibi aut condimenta apponuntur. Eucherius interpretatur acetabulum ab aceto. Et aliqui, inquit, catinũ ita appellari putãt.

Quia ædificatis ſepulchra pro. & or.mo. iuſt. & di. Si fuiſ. in di. p.n. non eſſemus ſocij eorum in ſanguine prophetarũ. Itaq; teſtimonio eſtis uobiſmetipſis, quia filij eſtis eorum, qui prophetas occiderunt.) Non reprehendit in illis dominus quòd monumenta exornarent prophetarum & iuſtorum, qui pro veritate occubuerunt, ſed quòd occiſorum, & perſequutorũ propheticorũ eſſent filij, hoc eſt peſsimorũ maiorũ in ſceleribus ęmulatores. Nã vt illi propheras, ita iſti prophetarum dominum ad mortem vſq; ſunt perſequuti. Quòd autem filij eſſent, declarabant quum ornatu illo monumentorum, tum hoc ipſo quod dicebant, ſi fuiſſemus in diebus patrũ noſtrorũ &c. Chriſto autem hoc peculiare fuit, vt alienorum operum ęmulatores, eorum diceret eſſe filios quorum imitarentur facta. Ita ſe Dei filium eſſe dicit, Filius, inquiens, Dei ſum. Si nõ facio opera Patris mei, no lite credere mihi &c. Quanq; Chriſtus nõ modo imitatione, verũ etiam natura Dei erat Filius. Ita quoq; Iudæos diaboli filios appellabat, cuius facta moribus ac vita exprimerent. Vnde etiam alio loco dicit, Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. X.

Iohã. 10. f.

Iohan. 8. f.

Ibidem. e.

Im-

Implete mensuram patrum ueſt.) Non ſine proverbiali ſchemate id dictũ eſt: quo ſignificatur pharisæos illos, quod deerat paternorum ſcelerum impleturos. Patres quidem eorum prophetas trucidarant, iſti autem eum propter quem prophetæ miſsi erant prophetarum omnium dominum peremerunt.

Vt ueniat ſup uos omnis ſanguis iuſtus, q effuſus eſt. Si quæratur quomodo omnis ſanguis iniuſtè effuſus in eos venire intelligẽdus ſit, maximè quũ ab illis ipſis quibus loquebatur Chri. ſanguis vel Abelis, vel Zachariæ, vel aliorum multorum fuſus non eſſet, reſpõdeti poteſt, Chriſtum in eo quod dixit, ſuper vos, non modo præſentes illos, ſed totam ſimul compre-
H. hendiſſe & deſignaſſe iniquorum cõgregationem, quæ initiatur à primo parricida, complenda vltimo homine iniuſto, qui in mundi fine naſciturus eſt. Id ipſum enim & Chriſtum ſignificaſſe arbitror quum in ſequentibus eandem ſententiam ſic eloquutus eſt. Venient, inquit, hęc omnia ſuper generationem iſtam. Poteſt tamen & per hyperbolem præſens locus intelligi, quòd videlicet tam dira vltio illorum crudelitatem ſequutura ſit, qui Chriſtum humani generis redemptorem tam iniquo ſupplicio confecerunt, vt quicquid debetur pœnarum prioribus illis & poſterioribus interfectoribus, huius vltionis atrocitatem vix videatur excedere.

Zachariæ filij Barachiæ.) Is eſt Zacharias qui li. Para. 2. ca. 24. à Ioas rege Iudæ occiſus legitur: cuius pater ibi Ioiada, hic Barachias altero nomine ſcribitur. Vnde & beatus Hiero. in euangelio Nazarenorum,

norum, pro filij Barachiæ, filij Ioiadæ legisse se testatur.

Ex capite XXIIII.

Dic nobis quando hæc erunt, & quod signum aduentus t. & cõsummationis sec.) Tria simul scitantur, quę rudes adhuc discipuli vno eodemq; tempore ventura existimabant: nimirum quo tempore Ierusalem destruenda: quod signum aduentus Christi: & quodnam foret indicium consummandi seculi: quanquàm duo posteriora ad vnam interrogationem pertinere possunt, vtpotè eodem tempore euentura. Dominus itaq; ordine respondet de singulis: & primum de vrbis excidio, dehinc de aduentus sui vestigijs, quum dicit, Et tunc veniet consummatio. quum ergo videritis abominationem desolationis &c. atq; ita quod his præmittitur, Et prędicabunt hoc euangelium regni in vniuerso orbe, ad tempus medium pertinebit: postremo de tempore totius consummationis, siue de seculi huius fine, (quod ipsum & ad prędecedens, vt diximus, pertinere potest) quum dicit, De die autem illa & hora nemo scit. Alij tamen Christum indiscriminatim ad interrogata respondisse intelligunt, vt quæ narrantur simul ad vtrunq; possint tempus accommodari, ad videlicet euersionis Ierosolymitanę, & ad tempus vltimę cõsummationis mundi. Nam beatus Lucas vnius tantum interrogationis meminit, quæ de vastatione est vrbis, ad quam etiam ea respondit dominus, quæ propriè ad seculi finem pertinere videntur. H. Luc. 21. a.

Opiniones prælíorum.) Id est, rumores bellorum.

Opi-

Quum ergo uideritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Dan. pro.) Abominationem desolationis Antichristum ipsum appellat, idq; iuxta scripturæ cõsuetudinem, qua idola gentium meritò ab omnibus abominanda & execranda, abominationes nuncupantur. Abominatio ergo appellatur ex
Hil. eo, quod aduersus Deum veniens, diuinum sibi honorem sit vindicaturus. Desolationis autem abominatio, quia bellis & cædibus terram cum piaculo desolaturus. Hæc autem abominatio à Daniele prædicata est operis sui cap. 9. vbi ita scriptum legimus: Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificiũ. Et erit in templo abominatio desolationis, & ysq; ad consummationem & finem perseuerabit desoHie. latio. Quod si ad tempus excidij Ierosolymitani referatur, poterit abominatio accipi aut de imagine Cæsaris, quæ à Pilato in templo posita refertur: aut de Hadriani equestri statua, quæ in ipso sancto sanctorum loco fuit constituta.

Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes: & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam.) Si hæc quemadmodum & p̃cedentia ad vltima consummandi sæculi tempora referamus, mysticus erit sensus requirendus. Itaq; admonebit hic locus eos,
Hie. qui tum futuri sunt vt deserta Iehudæorum incredulitate, desertaq; terrenarũ rerum humilitate ad æternos illos virtutum veterè cœlestium montes transfugiãt, de q̃bus illuminat iuxta psal. mirabiliter Deus: vt in sublimitate consistant sanctæ conuersationis, quasi in tecto domus, quo non possint ignita diaboli

boli iacula peruenire, vt ne carnis attracti illecebris descendant ad humiliora rerum velut umbra transeuntium: deniq; vt ne tollant alteram illam tunicã ad superfluitatem pertinentem, quam apostoli habere prohibentur. Porrò si ad tempora destructionis Ierosolymitanæ respiciamus, constat hæc omnia tum vel ad literam fuisse completa: quando tanta fuit malorum ingruentium in hostes Christi atrocitas, tãtaq; inundãtis calamitatis celeritas, vt omissis omnibus quisq; sibi fuga consulere, ac salutem sibi non ex præsidijs, sed ex fugæ celeritate petere debuerit. Quapropter appropinquante Romanorum exercitu, & Iudææ iam instante exterminio, qui in prouincia Iehudæorum erant Christiani, admoniti diuino & prophetico oraculo (vt ecclesiastica narrat historia) trans Iordanem secedentes, sub Agrippę regno in Pella ciuitate per aliquod tempus commorati sunt. Pel.

Orate autem ut non fiat fuga uestra hyeme, uel sabbatho.) Hyemis namq; incommoda fugientibus obstant, quo minus vel ad solitudines properare, vel possint in montibus desertisq; latitare: & sabbatho procul commigrare lege prohibente nefas est. Iuxta mysticum verò sensum, vt ad nouissima tẽpora pertinere possit, admonemur nobis prospicere, ne aut in peccatorum frigore, aut ocio bonorũ operũ inueniamur. Vtroq; sensu exponit hunc locũ Eucherius. Hil. E. in quæst. no. test.

Vbicunq; fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.) Docemur hoc paradigmate, vbicunque Christus fuerit, ibi & sanctorum omnium congregantibus angelis adfuturum conuentum.

Con-

Congruè autem sanctos aquilis comparauit, propterea videlicet quòd aquilæ & vultures referente Hieronymo trans maria dicantur sentire cadauera, & ad escam huiuscemodi congregari.

A summis cœlorum usq; ad terminos eorum.) Per summum cœli, inquit Remi. medium orbis intelligitur: quia medio orbis summum cœli præsidet. Per terminos autem cœlorum, fines terræ significat, vbi longe distantibus circulis, cœli terræ insidere videntur.

De die autem illa, & hora nemo scit, neq; ang. cœ. nisi so. Pater.) Dictio solus, inquit Euthy. in ordine ad creaturas intelligitur, non ad Filium. Si enim omnia quæ habet Pater filij sunt, inter omnia autem est vnum, scire diē & horam, Filij proculdubio etiā hoc erit. Apud Mar. verò scriptum est, neq; Filius nisi Pater. Et quidam intelligunt, quod neq; filius nouit diem illum & horam vt homo: nam vt Deus nouit æqualiter cum patre. Aptius est autem vt ita dicatur. Neq; filius scit, nisi pater videlicet sciat. Quia verò scit pater, scit vtiq; & filius. Ego em̄, inquit, & pater vnum sumus. Di. verò Aug. cuius mihi magis sententia placet Li. 83. quæst. ca. 60. Nescire, inquit, aut pro eo dicitur, quod non approbat, sicut dictū est, Nescio vos: aut pro eo, quòd vtiliter nescientes facit id quod scire inutile est. Ideo bene accipitur quod dictum est, solum scire patrem, sic dictum esse, quia facit filium scire. Et quod dictum est nescire filium, sic dictum esse, quia facit nescire homines, id est, nō prodit eis quod inutiliter scirent.

Iohan. 16.

Mar. 13.

Iohan. 10.

Nescire duplex.

Tunc duo erunt in agro, unus assumetur, & unus relin-

relinquetur: duæ molentes in mola &c.) In assumendis aliis & aliis relinquendis fidelium & infidelium, siue electorum & reproborum discrimen ostendit.

Quisputas est fidelis seruus & prudens &c.) Vt hæc cohæreant cum superioribus consummatamq; habeant sententiam, nonnihil subaudiendum videtur ad calcem orationis, vtpotè qui non omni hora sit paratus, vel qui ita non vigilet donec dominus ipsius aduenerit: aut simile quippiam. Licebit tamen & hoc pacto distinguere. Quisputas est fi. fer. & prudens? Quē constituit dominus super familiam &c.

Super familiam s. ut det illis.) Vt seruus ille prudens det sub. familiaribus vel familiæ cibum temporib. suis. Est enim in illis & collectiuo nomine familia non vocis sed rei congruitas: quod genus loquutionis frequentius in græcis est obuium.

Et diuidet eum, partemq; eius ponet cum hy.) Hoc est, à consortio sanctorum, vel à bonis quæ spopondit separabit, portionemq; eius vnam cum hypocritarum portione constituet in supplicijs æternis.

Ex capite XV.

TVnc simile erit regnum cœlorū decē uirginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso et sponsæ. Quinq; autem ex eis erant fatuæ, et quinq; prudentes. Sed 5. fatuæ acceptis lam. &c.) Quæ ad huius parabolæ explanationem pertinent, ex Hilarij Canone 27. carptim, & breuiter annotabimus In 5. prudentibus & 5. fatuis, fidelium atq; infidelium

est cōstituta diuisio. Sponsus atq; spōsa dñs noster est in corpore Deus. Nā vt spiritus carni, ita spiritui caro sponsa est. Lampades, animarum splendentium lumen est: quæ sacramento baptismi splenduerunt. Oleum, boni operis est fructus. Vasa humana sunt corpora: intra quorum viscera thesaurus bonæ conscientiæ recondendus est. Vendentes sunt ij, qui misericordia fidelium indigentes reddunt ex se petita commertia indigentiæ suę. s. & satietate boni operis nostri conscientiam ementes. Hæc enim indefessi luminis copiosa materies est: quæ misericordiæ fructibus & emenda est & recondenda. Nuptię immortalitatis assumptio est: & inter corruptionē & incorruptionem ex noua societate coniunctio. Mora sponsi pœnitentiæ tempus est. Expectantium somnus credentium quies est, & in pœnitentiæ tempore mors temporaria vniuersorum. Nocte media clamor, cunctis ignorantibus tubæ vox est domini præcedentis aduentum. Lampadum assumptio animarum est reditus in corpora: earúmque lux conscientia boni operis elucens, quæ vasculis corporum continetur. Hæc sufficere arbitramur ad simplicem contextus intelligentiam. Qui de singulis huius parabolæ partibus curiosius edoceri voluerit, legat Aug. de verbis domini ser. 22. & vigesimotertio.

Sicut enim homo peregrè proficiscens, uocauit seruos suos: & tradidit illis bona sua.) Sermo abruptus & mutilus est, propterea quod ὡς sicut, non habeat quod sibi respondeat. Poterit ergo suppleri sententia ad hunc modum: Sicut homo quispiam pa-

ter

terfamilias peregrè profecturus, seruos suos aduocat, eisq; bona sua committit: ita & ego Dominus vester breui tempore abfuturus hæc atq; ista seruis meis committo. Docet autem nos parabola, vt summatim dicam, ne vnquam committamus vt munera à Deo nobis tradita, siue spiritualia, siue corporalia, nostra negligentia patiamur esse infructuosa: sed summo studio atq; vigilantia dum ille interim quasi abesse videtur per pia opera, vbique collocemus, & conuertamus ipsa in lucrum & gloriam Domini nostri, atque proximorum vtilitatem. Quod si pro virili fecerimus, merebimur super bona constitui longè maiora, atque adeo introire in gaudium Domini nostri. Sin minus, etiam quod commissum est tolletur à nobis, & supplicijs deputabimur æternis.

Vni dedit 5. talenta.) Per 5. 2. & 1. talenta diuersa significantur dona gratiarum, quibus pro sua quisq; virili fratri suo ac sibi commodare tenetur: idq; in lucrum Domini creditoris, vt ita tandem dignus haberi possit bonis illis longè præstantioribus, nimirum cœlestibus. De talenti valore suprà diximus ca. 18.

Committere pec. nummularijs.) βαλεῖν id est, dare, deponere, siue committere. Et nummularij hoc loco potius intelliguntur, qui commodatam sibi pecuniam creditori certo cum lucro restituunt. Alioqui nummularij vulgò dicuntur, qui nummos commutandos accipiunt, suo duntaxat non etiam alieno lucro seruientes.

Ex capite XXVI.

SCitis, *quia post biduũ Pascha fiet.* Pronunciatiuè legendum est. Vt ne putes Iohannem Matthęo & Marco esse contrarium, quod ille tradat ante 6. dies celebratam esse cœnam in qua Christus vngento perfusus fuit, quum hi eandem cœnam indicare videantur biduo duntaxat ante Pascha seruatam fuisse: scito bea. Matthæum & huius adseclam Marcum, non iuxta ordinem historiæ, id quod facit Iohannes scribens Christum ante 6. dies Paschæ venisse Bethaniam, sed per recapitulationem commemorare hanc cœnam: sicuti hoc ipsum fusius docet
A li. de cõs. euã. 2. c. 87 be. Aug. Cæterum de die quo Christus agnum comedit paschalem opportunius in Luc. dicturi sumus ca. ibi. 22. Venit autem dies Azimorum.

Non in die festo ne for. tuum.) Nonnulli arbitrantur Christum in ipso solenni die Paschæ cruci fuisse adfixum, atq; hoc consilium suum in diuersum cõmutasse, ex occasione proditionis ipsius Iudę: sed falsa eorum opinio est. Quo autem die cruci adfixus fuerit & qua ratiõe die Iouis suum cum discipulis Pascha celebrarit, in Luc. vita comite, dicemus loco iam indicato.

Alabastrum ungenti precioſi. Nemo putet vnguentũ hoc Compositionem fuisse tenacem, quali vtuntur chirurgi ad vulnera curanda: sed aut liquorẽ aliquem suauis, ac salutiferi odoris, qualis est aqua lauendulacea, & oleum illud apud myropolas à spica nomen habens: quod præter miram fragrantiã, magnam etiam vim habet reficiẽdis membris, præ-
Oleũ ſpicę. sertim

sertim paralyticis: & uesti infusum ipsam prorsus nõ commaculat: aut quod aromatarij tradũt, & probabilius est, misturam quãdam diuersorum odorum & specierum vngendis corporibus aptum, quę à prę cipuo suo odore vngentum nardi spicati, ab alijs euangelistis appellata sit. Hoc enim arguere videtur tam ingens vngenti huius tum precium, tum fragrãtia. Poterat enim (inquit Iudas) vngentum istud venundari plusquam trecentis denarijs. Item Domus impleta est ex odore vngenti. Et in hac sententia est Paulinus. Alabastrum, alabastrus & alabaster, delicata pyxis est vnguentaria vitrea. ita dicta à ἀλάβαστρον prehendere, & α priuatiua particula, addita per pleonasmum, id est, redundantiam ρ, quòd ob leuorem cõprehendi non possit. Ita quidem Desiderius: ego tamen veteribus magis crediderim, qui aliud prodũt. Nam Hiero. & Eucherius alabastrum scribunt esse genus precioſi marmoris. Et Plinius de onyche loquens, quę est lapis seu gemma colorem habens vnguis humani. Hunc, inquit, lapidem aliqui alabastritem vocant, quem cauant ad vasa vnguentaria, quoniam optimè seruare incorrupta dicitur. Nascitur circa Thebas Aegyptias, & Damascũ Syriæ. Hic cæteris candidior. Probatissimus verò in Carmania, mox in Italia: iam quidem in Syria Asiaq; Vilissimus autem, & sine vllo nitore in Cappadocia. Probantur quam maxime mellei coloris, in vertice maculosi atq; non translucidi. Vitia in eis corneus color aut candidus, & quicquid simile vitro est. At hæc alabastra dici putauerim non propriè quod comprehendi non possint, sed potius quod teste Calepino ansulas non habeant quibus teneantur.

Mar. 14.

Pe. epis. ad Seuerum.

n.

n.

Videntes autem dis. indignati sunt.) Per synech-
M. dochen, aut si mauis, per syllepsin intelligēdum est: nam vnus Iudas indignatus fuit, qui indolebat subtractam sibi occasionem furandi. Possumus etiā & aliter occurrere sermonis incommodo, scilicet vt dicamus Iudam inuidiæ atque auaritiæ stimulis agi
Hie. tatum, cæteros vero apostolos pio quodam ac simplici erga pauperes adfectu obmurmurasse, quum necdum intelligerent rei gestæ mysterium.

Dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius.) Sermo apud nos ambiguus est, at non item apud græcos, qui sic habent. Λαληθήσεται ὃ ἐποίησεν αὕτη εἰς μνημόσυνον αὐτῆς. Quorum verborum ordo & sensus hic est. Etiā id quod mulier hæc operata est, dicetur refereturq́ in ipsius memoriam.

Constituerunt ei.) Dare pacti sunt, vel ἔστησαν, id est, appenderūt, 30. argenteos, sub. siclos. Vide c. seq.

Qui intingit mecū manum in parapside, hic me tra. Etiamsi secus habeat communis interpretum sententia, mihi tamen videtur hoc Christum in genere tantum dixisse, quo significaret proditorem illum non modo vnum esse ex duodecim, vt supra indicarat: verum etiam eadem secum vti mensa, atq; adeo īn idem ius intingere manum: quod arctissimę erat familiaritatis: alioqui enim exemplum dedisse videri posset prodendi inimici. Certè nostræ sententiæ adstipulatur ęditio græca: vbi propter ἐμφάψας pręteriti videlicet temporis vocem, manifestior etiā relinquitur de persona dubitatio, & incertitudo. Adstipulatur etiam quòd ipse Iudas postea sciscitatus sit à Christo, Nunquid ego sum rabbi? quodq́ eidē

Chri-

Christus ambiguè responderit. Tu dixisti. Proinde, meo iudicio, nulli discipulorum apertè demonstrauit, quis ipsum esset traditurus, præterq̃ Iohanni: cui secretè percontanti (vt habes in ipsius euangelio) etiam secretè responsum fuisse puto. Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Paropsis & parapsis apud Varinũ, est patina seu discus in q̃ cibi & condimẽta adponunt mensis: & propriè genus quoddam iuris iuxta Iulium Pol. quomodo hoc videtur loco accipiendum. Vnde & Suidas paropsidem interpretatur ἰμαδάφιον & ὀξυβάφιον, id est, acetariũ & acetabulum. Aliud tamẽ interpretatur vbi παραψίδας scribit, nimirum vasa ministratoria mensę: id quod Varinus non facit: qui vtrunq; idem facit. Ioha. 13. c.

Accipite & comedite, Hoc est cor. me. Et infrà: Hic est enim sanguis meus.) Non significatione tantum, sed verè & re ipsa. Sic enim hæc verba tam hic, quàm in epist. ad Cor. 1. ca. 11. intelligit non modo catholica ecclesia, verum etiam sacri ĩdemq; antiqui ecclesiæ doctores. Vnde be. Cypria. Panis inquit iste, quẽ Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus omnipotentia factus est caro: & sicut in persona Christi humanitas videbatur, & latebat diuinitas, ita sacramento visibili ineffabiliter diuina se infudit essentia, vt esset religioni circa sacramenta deuotio: & ad veritatem, cuius corpus sacramenta sunt, syncerior pateret accessus vsq; ad participationẽ Spiritus. In huius rei fide q firmius cõstabiliri desiderat, videat Algeri libellũ de veritate corporis & sanguinis Christi: & Iren. li. 4. c. 34. & Aug. tũ aliastũ ser. de verbis apo. 2. & de verbis do. 28. vbi inter cętera sic ait. Cũ de sacramentis tractarẽ, dixi vobis quòd an-

te verba Christi q̃d offertur panis dicatur: vbi Christi rerba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur.

Præcedam uos in Gali.) Προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν γαλιλαίαν, etiam interpretari potest, præsto vobis adfuturus sum in Galilęa.

Antequam gallus cantet, ter me neg.) Post cantet hypostigma collocandum est, quod & ter coniungi faciat cum negabis. Et antequam gallus cantet tantundem est ac si dicatur ante completum galliciniũ, vel anteq̃ gallus cantauerit: iterato videlicet: iuxta id quod expressius be. Mar. ponit dicens, Hac nocte priusquam gallus vocem bis dederit, (vel bis cantauerit, hoc est secundi cantus sonos expleuerit,) ter me es negaturus. Sub cantum enim secundum tertio abnegatio facta est, sicuti exactius loquitur be. Luc. Et continuo adhuc illo loquente cantauit gallus. Constat autem gallum variis temporibus frequentius canere, & cantu suo diuersa distinguere noctis spacia.

Mar.14.d.

Luc.22.f.

Missi à principibus. In missi subaudiť turba multa, hoc est, illi de turba, vt sit congruentia non vocũ sed rei, de q̃ elocutiõis forma & aliâs admonuimus.

Conuerte gladium tuum in locum.s.) Non vetat hoc sermone Christus, qui prius emi iusserat, vt est apud Lucã capite 22. ne semet Petrus ac cęteri Apostoli defenderent: sed ne pro magistro liberando confligerent, cuius iam captionis tempus aduenerat: quæ captio nulla ratione impediri, nec tempus eius debuerat prorogari: deinde ne alium fetirent, à quo ipsi læsi non essent: idq; iuxta legis Mosai-

Mosaicę prescriptum, quæ necdum ad plenum tum abrogata, qua tandē per Christi mortem antiquata, & Spiritu sancto de cœlo misso, nullus iam tum ferri aut rationalis vsus Apostolis fuit concessis.

Omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt.) De priuatis hominibus intelligendum, hoc est, qui nullo iure vti gladio citra extremam necessitatē permittuntur. Secus de magistratibus, qui iussa Dei perficiunt, & iustè talionem de nocentibus sumunt.

Duodecim legiones ang.) Legio, quæ ab euangelista mutuata à latinis, voce λεγεὼν appellatur: apud veteres sex hominum milibus complebatur, vt tradit Hier. Legiones ergo 12. numerum complectuntur 72000. milium septuaginta duorum. Iuxta opinionem verò vulgarem, vna legio continet milites 6666. atque ita 12 legiones efficient 79992. Grammatici tamen aliter legionem describunt. Varro em 3 tantum milibus olim constitisse dicit. Modestus li. de vocabulis rei militaris, qui Cice. adscribitur, exactiora scribens tradit in legione fuisse 10. cohortes: quarum tres erant differentiæ. Prima enim cohors habebat 1105 pedites: equites 142. Tertia habet 555 pedites: equites 56. Secunda, & quarta & reliquæ omnes habebant singulę 555 pedites: equites 66: quo tum omnium summa est. 6. mil. 800. & 31. nimirū pedites 6. mil. 106. equites 700. 26. Legio habet 6831.

Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud.) Falsi testes erant, quia & sensum Christi peruertebant & verba. Christus dixerat, Soluite, isti dicunt, possum destruere. Christus dixerat,

templũ hoc, corpus suũ designãs, isti dicũt templum dei. Chr. dixerat & in tribus diebus excitabo illud, isti dicunt, & post triduũ reędificabo illud: siue vt græcis est, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομήσω αὐτόν, & in tribus diebus ędificare illud. Sciendũ autem testeis ipsos non in hoc subuertisse sermonis dominici sensum, & pro illo, & in tribus diebus dicunt post triduũ (ita enim antiqua habet lectio ecclesię) quum cõstet ipsos intendisse, non & tandẽ aliquando post expletum iam triduũ, sed breuissimo tẽporis spacio, nimirum intra triduum templũ esse reędificaturus. Prętera, quum id verbi post triduum, seu post tres dies, de tempore ipso dominicę resurrectiõis & alijs aliquot locis legatur, vt infra c. 27. & apud Mar. c. 8. & 14. (tametsi nũc apud græcos pro μετὰ in quibusdam διὰ scriptum cernatur) sciendum per id nõ aliud significari, quàm quod ipsemet Christus alias
Mat. 20. c. & Lu. 18. f. euidentius extulit dicens: Et tertia die resurget: & in tribus diebus excitabo illud. Nam quod vnus euangelistarum, vnusue locus, obscurius: id sæpenumero alius effert manifestius. Animaduerto autem eam esse cõsuetudinem seu phrasin scripturæ, seu hebręo tum (apud quos longè alius est interdum eiusmodi vocum indeclinabiliũ vsus, quàm apud latinos aut græcos) quod dum illud post, cum certo aliquo iungitur numero dictum, intelligendũ ferè sit, id quod narratur non post expletos ilios qui numerãtur, sed potius contigisse ante completos dies, nimirum die ex numeratis supremo. Liquet id ex illo Gen. 40. Tres adhuc dies sunt post quos recordabit Pharao ministerij tui: vbi subditur, Exinde dies tertius, natalitius Pharaonis erat, &cæt. Et ex illo Iohan. 20.

Et

Et post dies octo iterum erant discipuli intus.

Tu dixisti. Veruntamen dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis. Sermo ipse inconcinnus est, & anapodoto quodam, vt videtur, imminutus est: propterea quòd Dominus non tam ad verba illorum responderit, quàm ad cogitata. Perinde enim est, ac si ita manifestius fuisset eloquutus. Ipse tuo isto ore Filium Dei enuncians, quis sim ego, indicasti: quē si ego meipsum per me fuero confessus, mox mihi crimen impinges blasphemiç. Veruntamen hoc ipso non obstante, quòd blasphematorem me sis proclamaturus, id quod rei veritas habet vobis manifesto: Visuri estis tandem aliquando me hominis, hoc est, Adæ filiū sedentem à dextris virtutis Dei.

Colaphis eum ceciderunt: alij autem palmas in faciem eius dederunt.) Interpres quo apertam poneret distinctionē inter ἐκολάφισαν et ἐῤῥάπισαν, periphrasi in vertendo vsus est: quum græca iuxta corticem verborum reddita ita resonent, Colaphizarunt eum. Alapizarunt autem, dicentes, &cæt. Inter colaphum autem & alapam hoc interest secundum Calep. quod ille pugno fiat, hæc manu extensa. Secundum Euthy. vero & Papiam: Colaphus colli est percussio: Alapa faciei. Veteres tamen secus sentire videntur. Nam Ori. colaphos ad caput, alapas vero, & palmas refert ad maxillas, iuxta illud Iesa. 50. (vt est in vulgata editione grçcorū) Dorsum meum dedi ad flagella, & maxillas meas ad alapas: nihil

nihil interim dicens, ſicut nec cæteri, de manu clauſa, vel aperta.

Foris in atrio. Atrium ſiue quod in græc. eſt aula, locus erat ſeu ædificium quoddam commune ante principalis domus ingreſſum: in quo ſatellites, & reliquum pontificis famulitium verſabatur.

Petrus autem ſedebat foris in at. & accedit ad eum una ancilla & cæt.) De negationibus Petri nõ admodum liquet ex euangelijs, vbi nam factæ, & vbi ſint conſummatæ. Aug li. de conſenſu Euang. 3. ca. 6. ex Iohan. euangelio colligit omneis pariter in Annæ pontificis ædibus contigiſſe. De numero negationum, propter diſſonantiam, quæ videtur eſſe inter
Cal. euãgeliſtas non minor eſt ambiguitas: quibuſdam exiſtimãtibus quinquies, aut etiam pluries abiuraſſe Petrum, magiſtrum ſuum. Verum equidem malo ſimpliciter dicto ſaluatoris ſtare, qui trinam modo abiurationem prædixit: cui ſententiæ adſtipulantur veteres, nominatim be. Au. qui etiam ſtudioſiſsimè declarat, quo pacto, quæ de Petri hiſtoria diſcrepantia videntur, poſsint cõciliari, vtq; omnia in vnã poſsint redigi narrationis ſeriem. Iuxta hunc ergo ex quatuor ſimul euangelijs, hic vnus poterit eſſe totius narrationis ordo. Iohan. Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus. Mat. & Mar. à longè, & alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille alius notus põtifici, & introiuit cum Ieſu atrium põtificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus alius, qui erat notus pontifici: & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum, Mat. vſq; in atrium principis ſacerdotũ. L. Accenſo autem igne in medio atrij & circumſe-

denti-

dentibus illis. M. ingressus intrò sedebat cum ministris, L. Petrus in medio eorum, vt videret finem. R. & calefaciebat se ad ignem. (Hic iam Mat. & R. interserunt nonnulla de Saluatoris nostris contumelijs: cæteri nihil interponunt, nisi quòd Iohan. alio loco intersecat Petri historiã. Sequitur ergo de ipsius tentatione) M. Petrus verò sedebat foris in atrio, R. deorsum. Quem quum vidisset ancilla quædam, Io. ostiaria, L. sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, M. accessit ad eum dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras. Iohan. Nunquid ergo de discipulis es hominis istius? L. At ille negauit eum. M. coram omnibus dicens: Nescio quid dicis. L. mulier non noui illum. (hoc idem, nempè, nescio quod & ipse Luc. ponit sed pro negatione tertia) R. Et exijt foras ante atrium: & gallus cantauit. M. Exeunte autem illo ianuam vidit eum alia ancilla: & R. cepit dicere circũstantibus, (audiente tamen Petro, qui iam tum surrexerat atrium egressurus) M. Et hic erat cum Iesu Nazareno. R. quia ex illis est. I. Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. L. Et post pusillum. I, erat cum eis & Petrus stans & calefaciens se. Dixerunt ergo ei, (ancilla videlicet & ille alius quem Lucas commemorat) Nũ quid & tu ex discipulis eius es? M. Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem. (Huic consentit & Luc. in prima negatione, dicens, mulier non noui illum.) Et post pusillum, L. interuallo facto quasi horæ vnius, R. rursus, M. accesserũt qui stabant, & dixerunt Petro. Verè & tu ex illis es, nam, R. & Galilæus es. M. & loquela tua manifestum te facit. I. Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cu

Prima negatio. Io. Nõ fit.

2. negatio. Io. Nõ. fit.

cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? M. Tunc cepit detestari. R. anathematizare & iurare, quia nescio hominem istum quem dicitis. L. Et continuo adhuc eo loquente, M. gallus iterum cantauit. L. Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi, R. quod dixerat ei Iesus: priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. M. L. Et egressus foras Petrus fleuit amarè. Hoc monotessaron adscribendum putaui, primũ vt ostẽderem quo pacto omnia omniũ euangelistarum verba, quæ non mediocriter pugnare videntur in vnum posint, sub trina negatione, coaceruari contextum: deinde, vt quod Augustinus, (cuius fere sententiam sum sequutus) multis ac molestis tradit sermonibus, & compendiosius haberes & dilucidius. Nam hac in re, præ cæteris omnibus censeo audiendum Augustinum, vt qui tanto studio hoc argumentum pertractarit. Quæ in præmisso contextu cernis inclusa semicirculis, intelligis nisi fallor vel non admonitus, de meo esse adiecta: nã cętera euãgelistarum verba sunt: de quibus nulla in hac serie sunt prætermissa, quæ aliquid videbantur habere momenti, præterquam abnegantis Petri verba iuxta Iohannem: quę quia simplicissima sunt & sub verbis comprehenduntur aliorum euangelistarum, ad marginem duntaxat adnotãda putaui.

3. negatio.
1. Iterum ergo negauit Pet.

Li. de cons. euã. 3. c. 6.

Ex capite XXVII.

TVnc uidens Iudas qui eum tradidit, quòd damnatus esset.) Ipse Dominus Iesus à pontificibus & principibus, qui omnes iuxta Mar. condemnauerant

rerant eum esse reum mortis, ita vt res iam ad exitum properaret pœnitentia ductus retulit, &c. Potest etiam dici hunc de Iuda sermonem per proterologiã, siue anticipationem, præmissum esse, ne euangelista in sequentibus interrumpere cogeretur passionis dominicæ seriem: vt intelligamus tum demum respuisse proditorem, quum Dominus ab ipso Pilato morti esset adiudicatus. Quod autẽ non nulli illud damnatus, ad Iudam referendum autumant, placeat quibus potest, mihi violentum iudicatur.

Retulit 30 argenteos.) Qui hebraicarum sunt rerum studiosi tradunt hebræis esse familiare sub argentei nomine subaudiri siclum: quem hic vulgarem intelligere debemus valentem 10. obolos: alio qui siclus maior seu templi 20. obolos habet, vt scribitur Exod. 30. Singuli autem sicli seu argentei singulis didrachmis æstimantur, id est, 7. solidis seu sueteris gallicis, iuxta diuinationem Budęi. Qui etiam nummi ex his vnius (qui Parisijs in ędę D. Iohannis Lateranensis seruari dicitur) effigiem describens, Habet, inquit, effigiem hominis non luscam eminente altera mala, vt denarius, sed aduersam & integram: & à tergo flosculum.

H.

Carbonam.) Carbona vel corbona hic gazophylacium intelligitur, in quo seruabantur munera templo oblata. Alioq; vox hebraica corban vel קרבנא defidẽtia videlicet chaldaica, munus & oblatio intercipiatur: de qua & supra diximus, ca. 15.

Haceldema.) Syriacum vocabulum est, seu etiam Chaldaicũ חקל ẽm Syris ager dicit: pro quo Chal

dæi

M. dæi addito elemento חקלא, hebraei autē חקלח & חלה, vſitatius tamē שדה dicūt. Porro דמא sanguis interpretatur: quod hebraicè דם dicitur.

Per Ieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt triginta argenteos precium ap, &c æ.) Vt omittam, longas & varias inquiſitiones ac demonſtrationes quibus hunc locum nonnulli interpretū inuoluūt, hoc mihi ſimpliciſsimum iudicatur, vt dicamus euā geliſtam ex apocrypho quodam Ieremiæ volumine hoc deſumpſiſſe teſtimonium: quemadmodum bea. Hiero. præſentem ediſſerens locum, teſtatur exhibitum ſibi fuiſſe, à quodam Nazarenæ ſectæ hebræo, volumen quoddam Ieremiæ titulum præferens, in quo vaticinium hoc ad verbum fuerit deſcriptum. Neq; cuiquam abſurdum aut indignum hoc videri debet, ex apocrypho videlicet libro adductū eſſe vaticinium, præſertim quum non ſine Spiritus ſancti conſilio hoc ipſum euangeliſtam feciſſe credendum: & idem quoq; Apoſtolum Paulum feciſſe probetur: dum in epiſtolæ ad Timo. poſterioris ca. 3. ex apocrypho quopiam de Iohanne & Mambre exemplum adducit: & rurſus dum pri. ad Corinth. ca. 2. ex Eliç prophetia profert teſtimonium, vbi ait, Sicut ſcriptum eſt, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. Adhæc quum euangeliſta de ſuo addidiſſe videatur.

Sicut conſtituit mihi dominus. Non aliud indicaſſe mihi videtur, quàm ſibi hoc conſtitutum ac mandatum fuiſſe, vt hoc vaticinij teſtaretur eſſe impletum. Quādoquidem & gloſſa ordinaria, quam vulgò interliniarem dicunt, ſ ſicut conſtituit mihi dominus

minus, interpretatur, sicut constitutum mihi reuelauit. Et Euthy. constituit, inquit, id est, dixit. Atq; ita hic erit contextus ordo. Tunc adimpletum est (sicuti mihi Dominus manifestauit ac dixit) quod dictũ est per Iere. &cæt. Nisi fortè quis probare possit, aut probabilius ducat, hæc etiam esse prophetæ verba, quibus testetur hoc suum de iniquæ pecuniæ commutatione vaticinium à Domino sibi fuisse cœlitus dictum ac reuelatum.

Nihil tibi & iusto illi.) Id est, nihil tibi rei sit cum iusto Iesu, vt in ipsum mortis sententiam proferas.

Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Hoc est, scelus ipsum effundendi sanguinis & occisionis ipsius, in nos ipsos ac liberos nostros recipimus atq; superuenire cupimus.

Suscipientes Iesum in prætorio.) Εἰς τὸ πραιτώριον, id est, in prætorium: nam foris extra prætorium sententiam acceperat. Est autem prætorium hõc idem locus in ædibus præsidis Pilati, qui cap. proxime præcedenti in ædibus pontificis aula, siue atrium appellatur. Vnde & bea. Marc. manifestius eloquutus est hiisce verbis. ἀπήγαγον αὐτὸν ἔξω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραιτώριον, quæ sic resonant: abduxerunt eum in atrium, quod est prætorium: pro quibus vulgò legimus: duxerunt eum intro in atrium prætorij. Mar. 15. b.

Vniuersam cohortem.) Cohors est multitudo militum, nimirũ decima circiter pars legionis. Legio enim 10. cohortibus constare consueuit: quarum minima 555. pedites & equite 556 habebat, vt cap. præd. diximus. Dicitur autem cohors à cohortando, vel

id est, vico: quòd eiusdem vici essent eiusmodi milites. Habebat autem cohors quinquaginta manipulos: manipulus vero milites 25. secundum quosdam: secundum Vege. verò decem duntaxat, sub vno papiliene degentes. Porro Ti. Liuius, Manipulus, inquit, leues vicenos milites, aliam turbã scutatorum habebat.

Ll.d.1. li.8.

Chlamydem coccineam.) Chlamys pallium est militare: eratq; ea chlamys coccina, siue purpurea, vt est apud alium euangelistam, hoc est, rubro interlucenti colore tincta.

Golgolta, quod est caluariæ locus.) Diuus Hieronymus in catalogo nominum hebraicorum golgotha (sic enim scribit) Syrum esse dicit, non hebræum, & interpretatur simpliciter Caluaria, id est, caput pilis et carne nudũ: verum locus ille per metonymiã Caluaria appellatus est, à caluarijs quibus abundabat ex occisis corporibus.

Causam ipsius.) αἰτίαν, Id est, causam, accusationem, vel crimen.

Idipsum autem & latrones.) Latrones per syllepsim pro latrone positum est. Est enim hic idem schema, quod in illo: videntes autem discipuli indignati sunt. Vel dicendum quòd primũ vterq; blasphemarit: dehinc sole fugiente, terra commota, ac ęteris visis signis alter resipuerit, & priorem negationem sequenti confessione emendarit.

Mat.26.

Hie.

Et tenebræ fac. sunt super uni. ter.) Quoniam hoc factum nulla tradit historia, extra Iehudęorũ terram condita, arbitratur Ori. q; sicut ęctera signa q̃ in passione domini ostensa sunt, in Ierusalem tãtum facta sunt,

sunt, ita & tenebras has super omnem terrā Iudęam duntaxat factas fuisse.

Eliam uocat iste.) Aut irridētes hoc dicebant, aut non intelligentes verba Christi propter tumultum populi, vel aliud obstaculum, quod posterius magis respondet his quæ sequuntur. H.

Et continuo currens unus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, &cæt.) Acetum obtulerunt quò celerius ex inflictis plagis atque vulneribus efflaret animam, anteq̄ aduenerit Elias quem à Christo inuocatum arbitrabantur. Alij verò contra, sine inquiebāt videamus an veniat Elias liberaturus eū. Θ

Ad ostium monumenti.) Erat enim sepulchrum in tra speluncam constitutum, cuius speluncæ introitus grandi saxo intercludebatur.

Post tres dies resurgā. Hoc q̄ pacto sit accipiendū supra diximus c. 26. ibi, posū destruere tēplum Dei.

Habetis custodiam: ite, custodite. Custodia hoc loco milites ipsos significat ad custodiendum deputatos. Porro quod græcis est, ἔχετε κουστωδίαν, ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε, potest & hunc habere sensum. Habete custodiā, ite, munite ficut scitis.

Illi aūt abeuntes munierunt sepulchrū signantes lapidem cum custodibus.) Sermo nonnihil habet ambigui etiam apud græcos. Potest enim intelligi, quòd principes Iehudæorum Pharisæi vnà cum custodibus abeuntes & sepulchrum munierint & lapidem obsignauerint: vel quòd principes & pharisæi munierint sepulchrum simul & milites custodientes, sigillantes insuper & lapidem. Qui posterior sensus n.

euidentius in hebræo codice exprimitur his verbis. וילכו וישמרו את הקבר בשומרים ויחתמו האבן .i. & ipsi abierunt & munierunt sepulchrum cum custodibus, & signauerunt lapidē. Quanquàm illud בשומרים potest accipi instrumentaliter, munierūt sepulchrum custodibus vel in custodibus more loquendi hebraico.

Ex capite XXVIII.

VEspere autem sabbathi, quæ lucescit in prima sabbathi.) Id est, quod D. Hieron. rectius ac dilucidius scribit, vespere autem sabbathi illuscente in vna sabbathi. Verum ambiguum adhuc relinquitur quo pacto vespera illucescere in prima sabbathi dicatur, quum vesperā tenebrescere potius, deinde & vesperam sabbathi ad finem præcedentis hebdomadis, primam vero sabbathi ad initium sequentis pertinere constet. Hunc nodum (præterquam quod hebraica lectio probè illi occurrit vt infra indicabimus) ita dissecabimus, si vesperam sabbathi lucescentem in vna sabbathi, noctem ipsam sabbathum subsequentem intelligamus, sed quæ iā lucescere cœpisset in vna sabbathi, hoc est, in die dominico, in cuius luce matutina, dominus à mortuis resurrexit. Sic enim in Geneseos exordio vespere, pro nocte positum est: vbi legimus, factum est vespere & mane dies vnus. Huc etiam spectat quod in hebræo euangelij codice pro vespere vocabulo ipsam reddit obscuram ערב scriptum repetrio, hoc est, in crepusculo, quāquàm idem ערב et vesperā significat. Quia vero duplex est crepusculum, nempe

Ad Hædi. quæs. 3.

M.

nempe vespertinum & matutinum, ideo signanter adiecit euangelista, quæ siue ꝗd crepusculum lucescit in prima sabbathi. Præterea, scito illud vesperæ genitiui esse casus aduerbialiter positi: atque ideo relatiuum habere fœminini generis: quemadmodum quum dicimus, ago Romæ, quæ caput est orbis. Heic Romæ tametsi aduerbialiter ponatur n. tamen relationem habet sui generis. Quod si quis in vesperæ subaudiendum putauerit tempore, equidem nõ reclamabo, etiam si non ignoro hoc ipsum græca non admittere. Non video enim quo pacto constare possit ratio grammaticalis nisi alterum horum admittas: nam vespere habent omnia exemplaria, quæ quidem videre potui: nisi forte dicas relationem rei fieri potius, quàm vocis. Apud vnum duntaxat Petrum Chry. inuenio vespera.

Et altera Maria. Haud dubium, quin Maria Iacobi, ut scribit Mar.

Tenuerunt pedes eius, et adorauerunt eum. Si quę ratur quomodo Matthæus Mariã hãc contrectasse domini pedes cõmemoret, quum Iohannes eãdem uetitam fuisse scribat ne Christum contingeret, dicendum secundum Augustinũ, quòd bis sese Marię Magd. saluator exhibuerit conspiciendũ: semel soli iuxta monumentum illachrymanti, quando hortulanũ ipsum existimauit: secundò regredienti cũ altera, aut etiã pluribus à monumẽto. Et ibi quidem tangere uetatur quia humilia obsequia illi impendere cupiebat: & vt arbitror, lachrymis irrigare & vngere pedes satagebat: hic autem tangere permittitur, quia iam non solito more humanum aliquod obsequum impendebat, sed affectu potius syncerę fi-

dei constringebat: atq; etiam quod notanter euangelista adiecit, vt Deum adorabat. Vel vt altius aliquid dicamus, ibi audit, noli me tangere, quia in sepulchro sic quærebat & deflebat mortuum, vt eum in cœlo nesciret regnare cum Patre: hic verò liberè in pedes irruere permittitur, quia à terreni corporis sepulchro iam reuersa Christum verè resurrexisse, vestigia ipsius imitando, adorando, & euangelizãdo, testabatur.

Et si hoc auditum fuerit à præside.) Quòd scilicet vestra negligentia corpus è monumento sublatum sit: & quod insuper hoc ipsum mendacio confirmatis, si hoc, inquiunt, ad præsidis notitiam peruenerit: vel si apud illum iudicem agatur hæc res (id enim est τὸ πρᾶγμα) nos persuadebimus & placabimus eum, vosq; omni periculo, & solicitudine liberabimus.

IN

IN EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM SCHOLIA.

Ex capite I.

Nitium euangelij Iesu Christi Filij Dei. *Sicut scriptū est in Esaia propheta: (ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te:) uox clamantis in deserto: parate uiā Domini: rectas facite semitas eius. Fuit Iohannes in deserto baptizās, &c.)* Trifariam ordinari & distingui potest sermonis huius contextus. Primo vt illud, Initium euan. Iesu Ch. filij dei, tituli vice positum accipiatur, ac deinde sequatur narratiōis ipsius exordium, Sicut scriptū est, hoc ordine atq; sensu. Iohannes fuit in deserto baptizans & prędicās baptismum pœnitentiæ, sicuti scriptum ac prænunciatum est in Esaia propheta ita vaticinante: Vox clamantis in deserto atq; dicentis, parate viam domini, rectas facite semitas eius: idq; iuxta illud apud prophetā alium, ita in persona Dei patris ad Filium, dicentem: ecce mittam angelum, id est, nuncium meum Iohannem ante faciem tuam, qui præparabit viā t. ante te. Hic non ignores oportem euangelistam duo simul testimonia coniungere: quæ quia idem fere continent, sub nomine addu cit prophetę vnius, nimirum potioris, vt denomina tio esset à principaliori. Gręci tamē offensi incōmodo vidētur studio muratse scripturā vt pro Esaia propheta ponerēt in prophetis, contra lectionem vete

rum. Prius ergo testimoniũ sumptũ est ex Malachię. inter prophetas vltimi ca. 3. posterius Iesaiæ ca. 40.

Eu. Alter ordo hic est: Initium euangelij Ie. Ch. fi. dei, ita sese habet, sicuti scriptũ est cum in Malachia, tũ pręcipuè in Esaia. Ecce enim, inquit, ad filium suũ Deus pater, mitto angelum meum ante fa. t. qui prępar. vi. t. ante te. Et Esaias, vox, inquit, clamantis in deserto: parate viam domini: rectas facite semitas eius: vt hic sit periodus, & illud: Fuit Iohannes, nouum sit orationis caput. Tertius ordo hic esse potest. Initium euang. Ie. Ch. fuit Iohan. in deserto baptizans & prędicans, sicut scriptum est, &c.

Zona pellicea. Ablatiui casus est, sicut & pilis, regiturq; à vestitus erat, quod præcedit. Erat Iohannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius, vel quod mollius erat circa lumbos suos.

Et statim ascendens de aqua uidit cœlos apertos, & cæt.) Caue putes ἀναβαίνων per antiptosin positum pro ἀναβαίνοντος genitiuo absolutè posito, vt hinc intelligas Christo ex aqua ascendente, ipsum

n. Iohannem vidisse cœlos apertos, quum aliâs vel citra hanc extorsionem rectè totus hic locus de Christo accipi possit, imò debeat: quo modo eundem

Mat. 3. d. hunc locum & apud Mat. intelligendum ostendi-

n. mus. Quare illud ἐπ' αὐτὸν non pro super illum, sed per quandam reciprocationem pro super ipsum accipiendum est. Quin & tenor ipse sermonis euangelici satis indicat post narratã de Baptista historiam, narrationem ipsam conuerti, & fieri iam ab illo loco, Et factum est in diebus illis venit Iesus, mentionem potissimum de ipso Christo. Vide Mat. ca. 3.

Com-

Componentes retia.) Καταρτίζοντες, hoc est, laxata complicantes, vel vt Matt. 4. vetsum est reficientes.

Quasi potestatē habens.) Suo more quasi pro tanq̃ posuit Interpres. Potestatem autem habebat Christus, quippe qui doctrinam suam miraculis confirmaret & bonis operibus: & q̃ legē enarraret, ꝓpria sua authoritate, proq̃ suo arbitrio. Vide Mat. c. 7.

Quid nobis & tibi?) Quid rei nobis tecum est?

Non sinebat ea loqui, quoniam sciebāt eum.) Hoc est, vt græcus nunc habet sermo, non sinebat loqui dæmonia, quòd nossent ipsum esse Christum, duobus videlicet postremis verbis aliundè, vt apparet, huc transpositis.

Mundare.) Imperantis est.

Et comminatus est ei, statimq̃ eiecit eum.) Comminatus est, inquit, hoc est, veluti comminando vetuit ne factum miraculum proferret in vulgus: iãq̃ sanum effectum à se abegit.

Diffamare sermonem.) Hoc est diuulgare rem gestam, iuxta phrasim videlicet hebraicam, qua verbū seu sermonem abutuntur pro facto.

Vt iam non posset manifestè introire in ciuit.) Propter vim vndiq̃ accurrentis populi, ex leprosi sanati diuulgatione. Post diuulgatum enim miraculum quum dominus ingredi in ciuitatem, aut volebat versari in oppidis, clanculum id facere debebat, q̃d palam ac manifeste ob populorum ad ipsum concurrentium multitudinem, ac platearum angustiam haud poterat.

Post dies.) Sup. aliquot. Nec addēdum est octo, quod nec antiqui codices, nec Aug. habet lectio, nec græcorum.

Ita ut non caperet, neq; ad ianuam.) Græca minus habent difficultatis, ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν: quorum sensus est, ita vt iam nō caperent turbam ne ea quidē loca, q̄ ad ianuā erant. Vnde suspicor Interpretē scripsisse, nec ea q̄ ad ianuā.

Vidit Leui Alphæi sedentem ad telonium.) Matthęū Alphęi filium. Telonium pe. cor. vel τελωνεῖον telōneum pen. pro. mensa est aut locus publicanorum, in quo colligitur vectigal, quod τέλος dicitur.

Nemo assumentum panni rudis assuit uestimento ueteri: alioqui aufert supplementum nouum à ueteri, & maior scissura fit. Et nemo mittit uinum nouum in utres uet. &c.) His metaphoris docet Christus discipulos suos nō debuisse grauari ieiunijs, & seueritioris vitæ præceptis, donec tandem in disciplina dominica euasissent firmiores. Quod ad literam attinet, particula illa, alioqui aufert supple. no. à vet. non vno modo potest cōstrui: nec liquet ex interpretibus, nec ex euangelistis alijs quæ sit vera huius syntaxis: nisi
Luc. 5. d. quod apud Luc. similitudo sit paulo euidentior, & commodior, ita habens. Nemo commissuram à vestimēto nouo immittit in vest. ver. alioqui & nouū rumpit, & veteri non conuenit commissura à nouo. Sed nec ex græco liquet sermone, qui sic ad verbum
n. habet, εἰ δὲ μή, αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ, alioqui tollit supplementū eius, nouū vete-

veteris. Mihi videtur congruentius vt sic construat. Alioqui q assumentū siue (vt alij euāgelistę habēt) cō missurā pānī rudis ac recētis adsuit vestimēto veteri, is aufert à vestimēto illo veteri sic resarcito supplemē tum, siue (vt alibi vertit) plenitudinē, quā tollere cogitur quòd nō conueniat mistura: atq; ita maior scissura & ruptura fit. Cætera prætereo. Supplementū vocat partem panni q̄ vestis lacera sarcitur & explet. Mat. 9. b. Luc. 5. d. E.

Sub Abiathar princip. sac.) Hic Abiathar filius fuit Achimelech siue Abimelech (vt alij scribunt) sacerdotis, sub quo factum hoc contigisse cōmemorat li. Reg. 1. ca. 22. Verum hic Abiathar exprimitur qa tum vna cum patre functus fuit ministerio sacerdo tali, aut certè præsens adfuit: deinde quia occiso patre ipsius, cū alijs 84. sacerdotibus per Doech, iussu Saulis, comes fuit fugæ Dauidicæ: & ad summum tandem euectus fuit sacerdotium, vt copiosius docet Beda. Pronūciatur aūt Abiathar tribus tantum syllabis: sic enim scribitur אביתר n.

Dominus est filius hominis etiam sabbati.) Ordo sic habet Christus filius hoīs dñs est: etiā ipsius sabbati. B.

Ex capite III.

Circūspiciens eos cū ira. Tali videlicet, q̄ indignatur vitijs, de quali scribitur in psal. Irascimini & nolite pec. Psal. 4.

Et restituta est manus illi.) Quam habens aridam veluti non habebat. Vel restituta est sana vt altera, id quod in græcis suppletum est ex Mat. vt apparet. Matt. 12.

Et Iacobum Zebedæi & Iohannem.) Pendent hi & sequentes accusatiui ab illo, vocauit ad se, vel ab illo, vt mitteret eos prædicare.

Ita

Ita ut non poſſent neq; panẽ mand.)Licet duæ ſint negationes,tamen perinde eſt ac ſi diceretur, ita vt non poſſent panem manducare,niſi quòd altera negatio ad emphaſim faciat. Quod autem præcedit,& veniunt domum, intelligendum eſt ſumendi cibi gratia eo ſe contuliſſe Dominum vnâ cum diſcipulis,verum propter turbam concurrentem non vacaſſe illis vt cibo reficerentur: nã panis nomine quiuis intelligitur cibus.

n.

Quum audiſſent ſui.)Nempè cognati & affines, οἱ παρ' αὐτοῦ,id eſt,qui ad ipſum pertinebant.

Ex capite IIII.

Exæſtuauit.ἐκαυματίσθη,ſimpliciter eſt æſtuauit:hic autem pro æſtu contabuit,vel æſtu corruptum eſt ponitur:&(vt ex ſimili apud Matt. loco patet)ad ſemen referendũ eſt,quod tametſi hic nusq; exprimatur,facilè tamen ſubauditur.

n.

Qui foris ſunt.)Hoc eſt,exteri,& vocatione Chriſti alieni.

Vt uidentes uideant,& non uideant: & audientes audiant,& non intelligant, ne quando conuertantur, & dimit.eis peccata.) Propterea, inquit, loquor illis per parabolas atq; ænigmata,vt qui rectè ſe videre iudicant,in ſua quam agnoſcere nolunt cæcitate maneant,ac pereant:& qui audire ſe atq; intelligere exiſtimant, in ſua item inſipientia permaneant: ne fortè poſt intellectum reſipiſcant,(quo beneficio prorſus indigni ſunt)& remittantur ipſis delicta. Poſtulat eñ hoc pertinaciſsima ipſorum cæcitas atq; inſipientia,vt quum ipſi ſibi falſo perſuadent verè ſe videre,

dere, sapere, & intelligere: non possint ad verum lumen, veramq; scientiam pertingere, per quæ consequenter ad resipiscentiam & ad condonationem venitur admissorum.

Hi autem sunt, qui circa uiam, ubi seminatur uerbum: & quum audierint, confestim uenit sat.) Ordo verborum alioqui parum concinnus, esse poterit talis. Hi autem sunt circa viam vbi seminatur verbum, qui etiam quum audierint, confestim venit Satanas & aufert verbum.

Et circa reliqua, concupiscentiæ introeuntes.) Concupiscentiæ, numeri est pluralis, vt construatur cum introeuntes. ἐπιθυμίαι εἰσπορευόμεναι.

Qui super petrosa seminantur.) Hoc est, qui in saxosa loca semen accipiunt. Dicunt enim seminari homines, quia veluti agri quidã semen verbi excipiũt. Siquidẽ seminat non modo semẽ, quod iacitur, verum etiã ager in quem iacitur: quemadmodũ aspergi dicitur nõ modo aqua, verum etiam homo ipse. E.

Vnum triginta, unum 60.) Subaudiri debet semen, & semina, vt facilè colligitur ex tota parabola. Alias trigesimũ, sexagesimum.

Neq; factum est occultum, sed ut in palam ue.) Pro factum est, græcè est ἐγένετο verbi particula, ne fortè hic factum pro opere positum arbitreris. Sermo autẽ qa inabsolutus videt suppleri potest hoc modo. Neq; factũ aut redditũ est quicq̃ occultũ, vt omino maneat occultum, sed vt quãdoq; veniat in apertũ. Eu.

Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in ter. & dormiat & exurgat, nocte & die & semen germinet.) Hac Dñs parabola indicare voluit

luit quo pacto ecclesiæ status & inciperet, & ꝓcederet. Homo siquidē Christus dñs est: qui primū euangelij sui semen per se, ac suos disseminauit in agros mentiū humanarū: deinde in passione, ac morte sua q̄si noctē quandā faciens obdormiuit: post hæc etiā tertio die à somno mortis resurrexit. Interi semē ipm excreuit, germinauit, germinare haud cessat, idq; die & nocte, hoc est perpetuo: vel in ꝓsperis pariter & aduersis: tametsi nonnunq; mortalibus extinctū, & à Deo videatur derelictum. Enarrat hanc parabolā be. Gregor. hom. in Ezech. 15. sed sensu morali: supra dictus aūt allegoricus & primarius est. Cęterum q̄d ad literæ superficiē attinet, illud dormiat, & exurgat nocte & die ad hominē seminatorē referēdū est, vt intelligas eū nocte qdē dormire, die aūt exurgere.

n.

Vltro enim terra fructificat, primū herbā, deinde spicam.) Per hos ꝓueniendi gradus indicat ecclesię à tempore Christi, adeoq; cuiusq; fidelis, paulatim ad meliora perfectiora q; successentis profectus.

Prout poterant audire.) Hoc est, quatenus cernebat Dominus rudibus adhuc auditoribus expedire.

Transeamus cōtra.) Græcè est διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν, vbi particula aduerbialis πέραν propter p̄fixum articulum vim habet nominalem, quasi dicamus transeamus in oppositū, siue ad locū ulteriorē: cuius loco Interp. ca. seq. atq; aliâs posuit trans fretū.

Assumunt eum, ita ut erat in naui.) In nauigio quippè tum adhuc erat, è quo docuerat multitudinem: qua dimissa assumentes eum apostoli transuexerūt quò iusserat.

Fluctus mittebat in nauim. Rectius meo iudicio

ἐπίβαλε transitiuè acceperis iuxta nostrum Interp. pro mittebat, vt subaudiatur procella, & fluctus fit casus accusandi, q̃ neutraliter ꝓ irruebat, vt κύματα sit casus nominandi, & Atticè iũgantur cũ ἐπίβαλεν numeri singularis. M.

In puppi. Id est, in parte nauigij posteriori, vbi clauus est: q̃ & ab vltimo græcis πρύμνα appellata est.

Ex capite V.

Concidens se lap. Hoc est, contondens & immaniter cędens: & producit me.

In Decapoli. Decapolis regio est à 10. ciuitatibus sic vocata.

Ab archisynagogo. Hoc est, ab archisynagogi domo, ea loquendi forma qua dicitur, eamus ad me, ꝓ eo quod est ad domum meam: & à vobis exit, id est, à domo vestra: ita tamen vt intelligas nuncios venisse ad ipsum archisynagogum (iuxta alteram lectionem) iam tum Christum interpellantem. E.

Talitha cumi, quod est interp. puel. (tibi dico) surge. Periphrasi sermonē Christi explicuit euangelista: nā טליטא קומי ex Syro siue Chaldęo & hebręo cōstans, nihil plus sonat, quàm puella surge. H. M.

Ex capite VI.

Nisi virgam tantum. Dicit aliquis. Quomodo Mat. & Luc. tradunt ꝑcepisse Dñm discipulis ne vel virgā ferrēt quū Mar. cōtra dicat ꝑcepisse Dominum ne quid tollerent nisi virgā tantū? Huic quæstioni respondens Aug. dicit per virgam hic indicari potestatē accipiēdi vitæ necessaria: apud Mat. Mat. 10. b. Mar. 9. a. A. li. de cōs. euā. 2. c. 30.

Mat. verò & Luc. res minores ad vitam sustentandā opportunas, quas apostoli portare vetantur sicuti & maiores, quæ per aurum & alia designantur: atq; hàc de causa inibi additum esse, dignus enim operarius cibo suo. Mihi tamen simplicius & rectius videtur, quod refert Euthy. nimirum quod prius quidē prœceperit Dominus pro temporis atq; laboris ratione, ne vel virgam seu baculum portarent in via: postea verò propter maiorem vtpotè longioris itineris laborem indulserit, quod prius quando necessarium nō erat, negarat. Ruper. distinguens inter gam & virgam, alteram vocat dominationis, alterā verò officij pastoralis. de quo qui plura desiderat, videat ipsius commentarios in Matthæi caput 10.

Sed calceatos sandalijs.) Quæ apud Mat. prohibentur Apostolis ὑποδήματα, id est, calceamenta vocantur: quæ hic conceduntur σανδάλια, id est, soleæ appellantur. Est autem sandalium genus calceamenti, quod plantas pedum modo tuetur ab iniuria, supernè ansulis quibusdam aut funiculis alligatum. Hic Apostolo Petro dicitur in Act. non ὑποδήσῃ τὰ ὑποδήματά σου, *sed* σανδάλιά σου: id est, subliga sandalia tua: cuius loco nos legimus, calcia te caligas tuas.

n.

Act. 12.

Ipse enim Herodes. Vide Mat. ca. 14.

Tribunis. χιλιάρχοις, hoc est, millenorum prœpositis.

Quæ quum exisset dixit matri suæ. Huic aduersari videtur Mat. qui scribit puellam à matre fuisse præmonitam, quasi ante saltationem instructa fuerit, quum hic exisse scribatur consultura matrem de petitione

tirione post saltationem. Sed aduertendum quòd Mar. dicens prçmonitam, subticuerit huius monitionis tempus, quod hic Mar. expresit: vt intelligas præmonitam non ante saltationem, sed ante petitionem: vel certè idem bis factum esse, nimirum & ante saltationem & post, maxime quum res fuerit magni horroris.

Per contubernia. Idē q̃d apud Luc. est, per cõuiuia. Luc. 9. b.

In partes. Græcè est πρασίαι, πρασίαι, hoc est, sulcatim vt ita loquar, & distincti certis viridarijs. Dicuntur enim prasiæ herbaria, cuiusmodi sunt areolę hortorum. Est autem hæc loquendi forma per anadiplosin germana hebraeis, græcis autem & latinis non item.

Ex capite VII.

Vituperauerunt. Hoc est, vitio dederunt. Græca vox μέμφεσθαι, multa significat, sed fere eodem spectantia, nempe incusare, indignari, vitio vertere, conqueri, accusare, reprehendere.

Nisi crebro lauc. Pro crebro græcè est πυγμῆ: quod si scribatur per diphthongon impropriam ῃ terminus erit datiui à πυγμὴ quod pugnum & cubitum signat, à quo Pygmęi dicti: & sensus erit iuxta Theo. & Euthy. nisi cubitaliter, vel vsq; ad cubitū lauerint manus. Si verò sine diphthongo scribatur πυγμῆ, vel legatur πυκνὰ, id erit quod noster ponit Interpres. n.

Nisi baptizentur. Id est, abluantur, seu lauentur.

Communibus manibus. Solenne est scripturæ sacrę communę dicere, pro immundo.

Vos autē dicitis: Si dixerit homo patri uel ma. corā ban, quod est, donum, quodcunq; ex me tibi profuerit: & ultra non dimittitis eū quicquam facere.) Vos, inquit, Pharisæi deuorare cupientes bona simplicium, huiusmodi contra diuinum præceptū dicere ac docere audetis: vt si quis dicat patri aut matri, tibi cedet ad vtilitatem, quodcunq; fuerit ex meis bonis corban, hoc est, donum dicatū Deo: nec permittitis hæc taliter persuadentem parentibus suis, vt vltra aliqd ipsis prestet subsidij: atq; ita irritum facitis Dei de honorandis parentibus præceptum, quod obseruatū oportuit ante omnia. Cæterum corban vel curban non simplicer donū, sed donum quod Deo vel Dei templo offertur & consecratur, significat. Plura habes supra Mat. ca. 5.

Purgans omnes escas.) Non video quo illud purgans possit referri commodius, quàm ad id totum qd præcessit, sed in uentrē vadit & in secessum exit, quod quum natura operatur, proculdubio purgantur omnes escæ, alijs remanentibus ad nutrimentū corporis, alijs egredientibus per secessum. Si cui tamē hoc violentius iudicabitur, poterit idipsum referre ad illud, omne extrinsecus introiens: quod dū abit per secessum, purgat, hoc est, puras relinquit omnes escas corporis nutrimento seruatas. Eu.

Stulticia.) Hanc interpretatur Theo. conuicium in homines. Mihi non displiceret si ἀφροσύνη hic acciperetur pro prauo affectu à φρονεῖν quod est affectum esse. Nam stulticia alioqui vicio carere potest. Et ἀφροσύνη non modo stulticiā seu imprudentiā, verū etiā immodestiam & inconsiderantiam declarat.

Syro-

Syrophœnissa genere.) Hoc est, origine: dicit enim genus origo cuiusq; generationis, nonnunq; status, & nonnunq; ratione loci vnde quis genitus est. Syrophœnissa hoc est ex Syria Phœnicis, q̃ erat regio Chananæorũ: atq; hinc Chananæa dicta est apud Matt. Mat. 15.

Mutũ.) Græca uox μογιλάλος propriè dicitur uix loquens, uel linguam habens præpeditam. Verbum tamen quod præcessit κώφος subindicat illum & surdum fuisse & mutum. Et quisquis natura surdus est, idem & mutus fit oportet, propterea quòd non aliunde quàm ex auditu homo loquens efficiatur: nisi forte dicamus vtroq; vitio vtcunq; laborasse: nam & κωφ Θ- pro eo accipitur, cui auditus vitiatus est.

Expuens tetigit linguam eius.) Sentit, vt indicat Theo. Dominum sputo suo contigisse linguam muti, itaq; soluisse vinculum eius.

Ex capite VIII.

Svstinent me. Sustinendo assidui sunt apud me, siue expectant me.

Dalmanutha. Idem locus quẽ Mat. Magedã vocat, quem q; alij codices dicunt γαγδαλά.

Cœperunt conquirere. συζητεῖν, id est, disputare, altercari, vel simul quærere: vt infra ca. seq. conquirẽtes quid esset, cum à mor. resur.

Si dabitur genti isti signum. Si hoc loco abiurantis est, vt ibi, si introibunt in requiẽ meam. Aut certè quod mihi magis probatur subest orationi aposiopesis figura turbati animi propria, qua oratio relinquitur mutila, ita tamen negatiue eam accipiamus. E.

Cauete à fermento Phari. Fermẽtum doctrinam

vocauit quod amara esset, plenaq; veteris malitiæ, & parata ad inficiendum incautos.

Video homines uelut arbo. ambu. Græca veluti exprimere videntur affectum quēdam animi obstupescentis ex nouitate aspectus. βλέπω, *inquit*, τοὺς ἀνθρώπους: ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας: tanq̄ si dicat. Cerno homines, vt hic subsistat, siue propter rei nouitatem, siue quòd necdum satis sciret quid nam cerneret, ac deinde subdat. Dico quòd veluti arbores videam homines ambulantes.

Et misit illum in domum suam, di. Vade in do. t. & si in uicum introieris nemini dixeris.) Rursus hic græca discrepantia nostris. Ita enim habent. καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ λέγων. μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ. Et dimisit illum in domum suam dicens. Neq; in vicum introieris: neq; dixeris cuiq̄ in vico. Verū quisq; ille est autor homi. in Mar. in operibus Chry. cum nostra consentit lectione, hoc excepto, quod legit, & in vicum ne introieris, & nemini dixeris: quod qa absurdum quid habere conspexit, ad mysticum sensum referendum docet, ita inquiens. Si dicitur ei, reuertere in domum tuam, vtiq; dicitur ei reuertere in Bethsaida. Si autem reuertitur in Bethsaida, quomodo dicitur ei, ne introieris in vicū. Videś ergo quòd spiritualis intelligentia est? Educitur de domo, de viculo, de lege, de litera, de traditionibus ludæorum. Qui non poterat sanari in lege, sanat in gratia euangelij: & dicitur ei, reuertere in domum tuam, non in istam domum quam tu putas, quam egressus est:

sed

sed in domum vnde fuit & Abrahã. Siquidem Abraham pater credentium est. In domum tuam reuerte re, hoc est, in ecclesiam, in domum fidei: & ne reuertaris in viculum Iudæorum. Hactenus ille. Verum nihil nos offendet hoc incommodi, si memineri-mus vulgò etiam dici, ire in ciuitatem, qui in ipsa ciuitate agentes, in forum, aut in publicum abeunt.

Et *post tres dies.*) Tres hi dies numerandi sunt non propriè à Christi morte, sed à tota passione, quę cæpit pridie parasceues, quando mœrens & expauescens dixit. Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. Sic enim ipse Marcus recenset passionis summã, vt post tres dies ad totum sermonem præcedentem possit referri, ita scribens. Et cæpit docere eos, quod oporteret filium hominis multa pati, & reprobari à senio tribus, & summis sacer. ac scribis, & occidi, & post tres dies resurgere. Possumus etiam tres dies per synechdochen intelligere, vt primi & tertij diei partes pro duobus diebus numeremus. Hęc ex aliorum adducimus traditionibus: verum nos in Matt. ca. 26. ibi, Possum destruere templum dei, ex collatione aliorum locorum similium, simpliciorem ac veriorem, huius nodi indicauimus solutionem. E. n.

Et *palam uerbum loquebatur.* Loco palam, est παῤῥησίᾳ, id est, intrepidè, omnicq; depositio terrore. Loquebatur autem de sua passione.

Comminatus est Petro. Hoc verbi Interp. abusus videtur non vno in loco pro increpauit, sicut modò verterat græcam vocem, cæpit eum increpare, ἐπιμᾶν.

Vade retro me Satana.) Satana aduersarius dicit. Dicit ergo Petro, vade retro me Satana: hoc ē, seque re meam voluntatem, nec mihi ftes ex aduerso, quin potius me sequaris.

Qui enim me confusus fuerit.) Nouè dictum est pro, quem enim mei puduerit, & meorum verborū, filium etiam hominis pudebit illius.

Ex capite IX.

NOn *enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti.*) Petrus videlicet, & alij duo discipuli. Exterriti autem erant, vel quia ipsis prænūciarat suam passionem, quæ ipsos ingenti affecerat tum admiratione, tum terrore, timentes ne forte & ipsi vnà cum suo magistro cogerentur subire supplicium: vel quia tam insolitum contuebantur in ipso splendorem & gloriam, qui se tanta passurū & prædixerat occidēdum. Quapropter Petrus optimum iudicauit in eiusmodi gloria permanere, scilicet ne vel Dominus suus vel ipse aliquando veniret in prænunciatæ mortis periculum: eoq; dicebat, bonum est nos hic esse &c. Verum ignorans loquebatur, vt potè qui adhuc nesciret futuræ mortis Christi mysterium, nec intelligeret ad eiusmodi gloriam nullum omnino peruenire posse, nisi per passionis ignominiam.

Elias quum uenerit primo, restituet omnia: & quomodo scriptum est in filiū hominis, ut multa patiatur & contemnatur. Sed dico uobis, quia Elias uenit, & fecerunt illi quæcunq; uoluerūt, sicut scriptum est de eo. Mat. 17. b. Hic locus euidentior est in Matt. ita habens.

Elias

Elias quidem venturus est,& restituet omnia. Dico autem vobis quòd Elias iam venit,& nō cog. eum, sed fecerunt in eo quæcunq; voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tūc intellexerūt discipuli qa de Iohan. Bap. dixisset eis. Quod ergo hic dicit huiusmodi est. Quū venerit Elias añ aduentū Christi secundum, quęcunq; fuerint per Antichristum destructa, sua ipse prędicatione restituet. Cōuertet eñ iuxta Malachiæ vaticinium cor patrum ad filios: & cor filiorum ad patres. Et quemadmodū de filio hominis, nēpè Christo scriptum est, multa ipsum passurum, & habendum contemptui: & supplendum est, ita futurum est, vt & Elias ab Antichristo eiusq; mēbris, multa atq; adeo mortem ipsam sustineat. Attamen dico vobis, quòd Elias iam venerit, sicuti de ipso scriptum est: & fecerunt illi quæcunq; voluerūt. Hic ergo tectè duplicem indicat aduētum, & vtriq; suum adsignat Eliam. Posteriorem præcurret Elias ille Thesbites: priorem verò eiusdem spiritus & virtutis Baptista Iohannes. Illud quoq; scias oportet, quòd venire primò non aliud sit, quàm pręuenire, vti colligitur ex illo quod præcessit. Eliā oportet venire primū. Porro illud, & quomodo scrip. est de fi. ho. vt m. p. Theo. & Euthy. per quæstionē legentes aliter enarāt. Hoc enim (inquit Euthy.) dixit coniiciens in dubitationem responsionis ipsos scribas. Si enim secundum ipsos (quum nondum venerit Elias) nondum venit Christus: Elias autem quū prius venerit restituet omne: hoc est, veniet & cōuertet omnem Iudæum ad Christū, quomodo scriptū est de filio hominis, siue Christo, vt à Iudæis multa patiat. Itaq; Elias Thesbites añ secundū aduentū ven

B.

Mala. 4. b.

turus est, quando omnes Iudęi conuertent ad ipsum. Nunc autem primus est, quum à Iudæis multa patitur, cuius præcursor Iohannes.

Conquirentes cum illis.) Differentes cum illis nouem, qui non adfuerant Iesu transfigurato.

Qui respon. eis dix. O generatio incre.) Singulare illud αὐτὸς indicat increpationem hanc ferri in patrem ipsius obsessi, & reliquã turbam incredulam, non in Apostolos. Θ. b.

Respondit illi Iohan. di. Magister uidimus quẽdam. Quod ad seriei continentiam attinet, huius sermonis occasionem Dominus fecerat Iohanni, dum de puello loquens aiebat. Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in no. m. me recipit. Quod audiẽs Iohan. respondit. Vidimus quẽdam in nomine tuo eiicientem dæmo. qui non sequitur nos, tanquam si dicat. Dicis Domine, quòd quisquis in tuo nomine recipit ac iuuat abiectum aliquem aut opis indigũ hominem, te recipiat: nos antehac in tuo isthoc nomine vidimus quempiam non recipientem modo miserum quẽdam, verum etiam liberantem ipsum dæmonio: qui si te, (sicuti in tuo id fecit nomine) reciperet, sequeretur vtiq; te nobiscũ. Potest quoq; illud respondit ἀπ autem, iuxta hebraicam phrasin positum accipi, pro loquutus est, vel compellauit autem illum Iohannes.

Si scandalizauerit te ma. t. abscide illam.) Per manum, pedem, oculum, quæ abscidere & amputare iubemur, intelligere possumus homines impios, mystici corporis Christi membra scandalizantes: itẽ prauos adfectus, adhæc occasiones peccandi.

Debi-

Debilem introire.) Debilem pro mutilo posuit Interp. id quod græcum vocabulum κυλλός indicat, eũ significans cui altera manus trunca sit aut mãca. n.

Luscum.) Id est, vnoculũ μονόφθαλμον. Luscus enim dicitur non qui strabis & distortis sit oculis, sed qui altero careat oculorum.

Omnis enim igne salietur: & omnis uictima sale salietur.) Docuerat modo per metaphoram truncationis membrorũ rescindẽdos esse prauos cordis affectus, siue homines pestilentes & noxios, omneisq; peccandi occasiones: nunc quo pacto id fiat, ac fieri debeat, alijs etiam metaphoris demonstrat. Et qa (inquit Beda) rectiò mentionem vermis & ignis fecerat æterni, restat dicere, quo modo fœtorem vermis, & ignis valeamus euitare tormentum. Sicuti ergo nulla victima veteris legis legitima erat, nisi quę vel igni saliret, vel sale, ita qsquis nouæ legis iusticia imbuit, necesse est vt igni expietur ab omnibus mũdanis affectibus, & sale condiatur, ne possit corrũpi malorum cõtagio. Per salẽ igitur intelligimus euangelicę veritatis acrimoniam, emordentem & consumentem, quicquid est in nobis obnoxium corruptioni. Per ignem, diuini spiritus ardorem, primum exurentem quicquid est in homine viciorum, deinde illuminantem, si quid est ignorantię tenebris obuolutum, præterea accendentem & inflammãtem: & postremo à terrenis ad cælestia rapientem, vt nullo iam persequutionũ seu tentationum scãdalo à semel susceptа fide atq; iusticia dimoueri valeat, quisquis hoc igne fuerit conditus. Per salem tamen pletiq; omnes euangelicam sapientiam intelligunt. B. B.E. Leu.2. E. B.

Quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Si sal euanidum sit atq; inefficax, per quid sal ipsum condietis? Tanquam si dicat, vt respiciatur tam ad superiora, quàm ad inferiora. Nisi sit in vobis sal euãgelicæ veritatis, sapientiæ & disciplinç, qua & peccandi occasiones declinare, & mutuum doceamini erga vosipsos conseruare amorem, non erit vnde vestra conuersatio proba & gratiosa haberi possit. Atque hoc sensu sal vsitatius in masculino genere poni cõsueuit: tametsi secus noster posuerit Interpres.

Eu. *Habete in uobis sal: & pacem habete inter uos.*) Salis vocabulum secundum diuersa loca videtur signare diuersa: in quo exponendo variant Interpretes, maxime hoc loco. Alij enim sapientiam interpretantur, B. alij gratiam Spiritus sancti, Θ.H. alij correptionem, alij iustitiam.

Ex capite X.

Comminabantur offerentibus. Pro increpabant offerentes.

Quisquis non receperit regnum Dei uelut paruulus.) Regnum dei seipsum dicit, hoc est, vitã & doctrinam suam: quam suscipere atq; amplecti debemus, non secus atq; pueri & beneuoli auditores doctrinã atq; iussa capessunt sui magistri, nihil addubitantes aut disquirẽtes, sed simplici animo quicquid ille vel docet, vel iubet, sequentes.

Vnum tibi deest. Vade, quæcunq; habes uende, & da paup. Ex hoc loco haud obscurè patet non satis esse ad obtinendam vitam æternam, nudam obseruationem decalogi, vti in Exo. descriptus est ca. 20.

sed

sed superaddendā ad ipsius absolutionē dilectionē Dei & proximi, sicuti declaratur partim Deu.6. par tim Leu.19. Hoc enim illud est, quod Christus, qui le gem venerat declaraturus & absoluturus, huic adole scenti testatur in obseruatione legis defuisse. Cōstat eñ q; plus amarit diuitias q̄ Deum: quod plus dilexe rit cōmodum proprium, q̄ alienū, qui iussus vende re ac dare quę habebat pauperibus à Christo abierit mœrens. Relinquere ergo debemus bona hæc terre na quatenus nobis impedimento sunt in obsequio diuino. Quod si verò diuitię affluant nec tamē cor il lis apponimus iuxta admonitionē propheticam, & rectę eis nō imus vti, hoc nobis implendum suade tur tanquàm consilium, non tanq̄ præceptum iniū gitur: vti copiosius docet à doctoribus scholasticis.

Accipiet centies tantū in tem. hoc, domos & fratres et sor. Centuplū recipimus etiā in hac vita, tam q̄ad possessiōem temporaliū, siue dum tanq̄ nihil habē tes iuxta Pauli sententiā possidemus omnia, siue dū per charitatē euangelicā omniū efficimur consortes bonorum: q̄ quoad affinitatē, dum tot habemus cō sanguinitate affinitatēq; coniunctos, quot nobis sunt diuinæ voluntatis cooperatores, eiusdēq; pro fessionis euangelicę sodales. Quicunq; enim (inquit Dominus) fecerit voluntatem patris mei qui in cœ lis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. R. 2. Cor. 6. b. E. Mat. 12. d.

Filios et agros cum perse. Hoc est, in persequutiōi bus, siue dū is q̄ sua relinqt, male afficit & affligitur. ☉.

Et præcedebat illos & stupebāt, et sequētes timebāt. Quod si dubitas vnde timuerint, scito illis nō semel à Domino auditū fuisse quo pacto filiushoīs multa esset

esset passurus, vt videre est supra c.8.& 9.atq; idem manifestum fieri ex ijs quę sequuntur.

Aut baptismo quo ego baptizor baptizari?) Baptismum vocat sanguinis effusionē aspersionemq;. Baptismus enim immersionem declarat.

Filius Timæi Bartimæus. Filius explicandi gratia additum est, id enim interpretatur Bartimæus à בר quod Syris atq; Chaldæis filium sonat.

Animæquior esto. Id est, bono sis animo.

Ex capite XI.

Circumspectis omnibus. Nimirum ijs, quę erant atq; gerebantur in ipso templo, vt congruo tādem tempore ea ipsa redargueret, id quod postridiè fecit, vti liquet ex sequentibus. Sic edisserit Euthy. At glossa ord. seu interli. supplet, si quis eum hospitio susciperet.

Non enim erat tempus ficorum. Hoc dicens euangelista insinuat Dominū non maledixisse ficui propter ipsam, sed propter gentem Iudaicam in ficu designatam: cuius iam tempus aderat, vt fructum adferret, sole Christo iam mundum præsentiæ & gratię suę calore fœcundante. Tractat hunc locum Paulinus ad Desiderium.

Si dixerimus ex hominibus: timebant populum.) Subaudiendum est ס dicet, vt ab hoc regatur illud, timebant populum. Præcesserit enim, Si dixerimus de cęlo, dicet: quare ergo nō credidistis ei? Si dixerimus ex hominibus, dicet timebant populū. Hæc est germana & scriptura & intelligentia.

Ex capite XII.

Vineam

Vineam pastinauit. Id est, excoluit, suffossa videlicet terra, & admoto lætamine. Vel pastinauit dictũ est, pro plantauit, vt græco respondeat ἐφύτευσεν. Interpretationem parabolæ require Mat. ca. 21.

Fodit lacũ. Græcè est ὑπολήνιον, quasi dicas subtorculare, quòd in illud defluere t mustũ è prælo. Potest tamẽ lacus hic per synecdochen pro torculari accipi, iuxta illud interpretis in Mat. Et fodit in ea torcular. pro quo euan. ληνὸν ponit, id est, lacũ: qui olim terræ infodi consueuit.

Quid ergo faciet dominus uineæ. Vineæ paterni casus est, non datiui.

Et respondens Iesus. Quum nemo Christum interrogarit, quin potius ipse Christus interrogãdo doceat, liquet illud respondens perindè valere, quasi dicat, subdens, vel loquutus est autem Iesus, idq; ex cõsuetudine hebræorum.

In stolis ambulare. Stola hoc loco non id indumẽti genus est, quod de collo pendet sacerdotis: sed pro veste splendidiore atq; pomposiore per catexochen stola hic accipienda est.

Sub obtentu prolixæ orationis. Id est, sub protextu longę precationis. Obtentus enim hoc loci non ab obtineo, sed ab obtendo dicitur, quod est pro excusatione allego. Græca verbis nonnihil dissident à nostris, re coincidunt.

Duo minuta, quod est quadrans. Minuta vocat q̃ nummi quidam essent minimi precij. Vnde & nos minimum pecuniæ genus à minutis mixten teutonicè appellamus: tametsi diuersa fuerint illius tempestatis

pestatis minuta à nostris modernis. Bina quippe minuta, quadrantis valorem habebant. Quadrans aũt quartam partem assis designat. Porrò assis precium in re pecuniaria cum solido seu stufero (quem vocamus) Brabantico cõuenire Budęus testis: atq; ita quadrans quarta erat stuferi particula.

Ex capite XIII.

Dicentes quia ego sum.) Hoc est, mentientes q; ipsi sint ego, nempe Christus.

Opiniones bellorum. Grecè est rumores bellorum. Et quanquàm opinio propriè sit existimatio, tamẽ hic pro fama accipi potest: quemadmodum & Cicero ad Cæs. Iuniorem vsurpauit, Erat, inquiens, opinio bona de Lepido.

Ca. *Videte autem uosmetipsos.* Tãquàm si dicat. Quę modo commemoraui extra vos sunt, quæ dicturus sum vosipsos concernunt: Tradent enim vos in cõcilia, &c. Nec discrepat ab hac sententia quod grecè legitur βλέπετε ἑαυτούς. Alij tamen secus interpretantur, nimirum sic: cauete vobis: vel seruate

Eu. vosipsos à seductione ventura.

Cum autem uideritis abominationem deso. Hic & deinceps de tempore potius loqui videtur consummandi seculi, vt per abominationem desolationis seu desolatoriam intelligamus Antichristum, vt supra diximus Mat. 24.

n. *Vos ergo uidete.* Vos casus est nominandi, non accusandi, ὑμεῖς. Et videte dixit pro intelligite, nempe pseudochristos illos & pseudoprophetas, ne vido licet ipsi vobis imponant.

De

De die autẽ illo uel hora nemo scit. De hoc in Mat. diximus ca. 24.

Sicut homo peregrè profectus, etc. Sermo eclypsim habet: atq; hoc aut modo consimili debet suppleri. Ita se habet filius hominis Christus, quẽadmodum homo quispiam profectus peregrè, &c.

Potestatem cuiusq; operis. Ἐξουσία non modo potestatem, sed & curã, procurationẽ, autoritatem & substantiam declarat. Cęterũ quod hodie in arche typo legimus explanatius quàm quod noster habet Interp. Si tamen idem ab ipso lectum est. Sic enim habet. Dedit seruis suis potestatem (curam seu substantiam) suam, & cuiq; suum opus. Sentit autẽ euãgelista Dominũ peregrè & quasi foris extra domũ suam agentem, omnium rerum in familia sua gerẽdarum curam atq; potestatem commisisse seruis, sed cuiq; sua designata functione, & suis cuiq; traditis talentis, vt est apud Mat. c. 24.

Ex capite XIIII.

ERat autem *Pascha & azyma post bid.* Inter pascha & azyma hoc interest, si propriè accipiantur: quòd pascha appellatur dies ille vnus, idemq; summus quo agnus occidebatur ad vesperam: Azyma verò pluratiuè, siue dies azymorum, totum illud tempus complectatur quo illicitum erat panibus vesci fermentatis.

Alabastrum unguenti nardi spicati precioſi. Genitiui, spicati, precioſi referri possunt ad vocabulum nardi, quod neutri generis esse potest à nardum, nã hoc genere vsurpatur à Plinio. Dicitur autem spicatum Plin. li. 12. c. 12.

V.E. catum nardum, quòd ſpicas proferat teſte eodem: vel, vt alijs placet, quod genus quoddam nardi, ſpica ſiue ſpicum nardi vocetur. Poſt tamen illud precioſi tam apud latinos quàm apud græcos epithethon eſſe vnguenti, vt dicatur alabaſtrum vnguenti precioſi è nardo ſpicata: atq; hoc rectius videtur, propterea quòd duo adiectiua durius cohæreãt vni ſubſtantiuo citra copulam. Porrò, quod græcè ſcribitur nardi piſtici, vel piſticæ, intelligere poſſumus nardum fidelem, (piſtis enim fides eſt) probatam atque ſynceram, cuiuſmodi eſt nardus ſpicata, quam

Ibidem. Plinius deſcribit his verbis. Frutex eſt, inquit, graui & craſſa radice, ſed breui ac nigra fragilique quamuis pingui, ſitum redolente vt cyperi, aſpero ſapore, folio paruo, denſoq; Cacumina in ariſtas ſe ſpargũt: ideo gemina dote nardi ſpicas ac folia celebrant. Deinde poſt pauca ſubdit. Syncerũ quidem (ſubaudi nardi genus) leuitate deprehenditur & colore rufo, odoriſq; ſuauitate, & guſtu maxime ſiccante os, ſapore iucundo. Ex his Plinij verbis conijcio nardũ hanc non diſſimilem eſſe ei quam in hiſce regionibus ſatis frequentem Lauendulam vocamus. Nam præter ariſtas et alia quæ conueniunt, hinc etiã aqua & oleũ eliquatur ſuauiſſimi odoris. Et Dorſtenius

Theodo. in ſuo Botanico tradit Lauẽdulam à Dioſcoride vocari nardũ celticam, & à nonnullis pſeudonardum. Vide Mat. ca. 26.

Quod habuit hæc fe.) Habuit dixit, pro potuit. Id enim declarat & & habeo adhærens verbo infinito, quod tametſi hic non exprimatur, ſubauditur tamen, nempè facere.

Vbi

Vbi est refectio? ἀνάπαυμα, idem quod apud Lu. diuersorium scribitur. Luc. 22.

In prædium. Id est, in agrum, vel in villam.

Et uênit & inuenit.) Vtrunque præsentis tempo tis est.

Adolescens autẽ quidam sequebatur eum. Quum prẽmittat euãgelista discipulos omneis, hoc est, Apostolos defugisse, non fit verisimile hunc adolescentem, aut Iohannem fuisse, aut alium quempiam ex Apostolis: vt fileam interim, ex annalibus colligi facile posse, & Iohannem & cæteros omneis Apostolos iam tum trigesimum ætatis annum vt minimum, eoq; & adolescentiam excessisse. Cã.

Post triduum.) Vide Mat. cã. 26. ibi, Possum destruere tem. Dei.

Ex capitẽ XV.

Consilium facientes.) Consilium hoc loco per ſ scribi debet, non per c. Contra verò in eo, quòd sequitur.

Et uniuerso concilio.) Nam ibi, συμβούλιον hic verò ζωέδριον ẽ. Atq; ita συμβούλιον ποιήσαντες, eodem sensu accipietur, quo illud apud Mat. (quẽ Mar. ferè sequitur) συμβούλιον ἔλαβον, id est, consilium acceperunt, vel inierunt. Huc accedit, quod quum euangelista prẽmittat, cõsilium faciẽtes sum mi sacerdotes cum senioribus & scribis, adijciat etiam, & vniuerso concilio. Absurdum enim erit, si vtrunq; pro eodem accipiatur: nisi fortè quis συνεδρίον, pro conuentu sacerdotum: συνέδριον verò, pro senatu & concilio seniorum populi accipiat, vt hoc ñ.

& vniuerso concilio, ei respondeat quod habebat Mat. & seniores populi: quod an forte doctis probari possit equidem sum nescius.

Erat autem hora tertia, & crucifixerunt &c.) Hora ergo tertia quę tres ex nostris horas cõtinet, sed sub horæ huius finem, hoc est (iuxta supputationem horologij nostri) circiter horã vndecimam, dominus noster cruci affixus est. Quod autem Mat. & Luc. de sexta hora tradunt, intelligendum est non crucifixionis, sed inchoantium tenebrarum tempus illos designasse, id quod per se liquet rem propius intuẽti, quemadmodum idem admonet & Theop. Nam Mat. de hora filens crucifixionis, A sexta, inquit, hora tenebriæ factæ sunt super vniuersam terram vsq; ad horã nonã. Similiter & Lucas post crucifixum lesum, post fusas præces pro crucifixoribus, post diuisionem vestium, post irrisiones, post latroni factam regni sponsionem, tandem, Erat, inquit, ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt, &cæt. Ab his autem solus Iohannes discrepare videtur, qui de tempore data sententiæ ad hunc scribit modum. Erat autem paraseeue Pas. hora quasi 6. & dicit Iudæis. Verum hoc ipso hunc arbitror in concordiam redigi cętero rum, quod signanter adiecerit quasi hora sexta, vt intelligamus tempore, quo redemptor noster sententiam accepit, & quo crucifixus est, tertiam horam, (quę ad sextam vsq; protendebatur, iuxta vulgarem videlicet eius patriæ computationẽ) necdum fuisse absolutè completam. Quanquàm eñ apud Iudęos, duodecim iuxta saluatoris nostri testimoniũ numerẽtur horæ diei, ab exortu videlicet solis vsq; ad occubitum, prima tamen, tertia, sexta, nona & vndecima

Θ. Ca.

Iah. 11. b.

ma nominatiores erant, & veluti capita quçdam cę terarum, vtpote in quibus cæterę comprehenduntur & ab euãgelistis passim commemorãtur. Liquet hoc comprimis ex parabola illa vineæ, ad quam cõ ducti describũtur operarij Mat. 20. Iam verò, quòd is qui commentarios edidit in li. Psal. Hieronymi titulum prçferentes, in explanatione psal. 77 affirmat librariorum errore S in c. hoc est 6. in 3. commutatum esse, mihi planè non fit verisimile, tum quòd in his notis, quàm minima sit affinitas, vt non perinde facilè sit alteram substituere pro altera: tum quòd idem hic euangelista Matthæo & Lucæ accinẽs post pauca, ita subiungat. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt, &cæt. Neque vero sum nescius ab hac de crucifixionis tempore sentẽtia, communem ecclesiæ sensum discrepare: denig; & Augustinum ipsum qui hunc sermonem, Erat autem hora tertia: & cru.e. rationibus quibus potest, probare nititur per recapitulationem interiectum esse, & ad Iudęos pertinere qui prius ore, animo, & vociferationibus dominum crucifixerant: verum vt fileamus Augustinum hominem fuisse ac labi potuisse, nos quod magis euangelicæ narrationis veritati congruere visum est protulimus, nullius interim prçiudicantes iudicio. Au. li. de. con. euan. 3. c. 13.

Ex capite XVI.

ET *Salome*.) Salome vocabulum est huic mulieri proprium. Nam quod hæc dicta sit Maria Salome, in nullis arbitror inueniri posse commentarijs veterum. Quinimo be. Hie. in epist. ad Hedib. quæs. 4. omnes recensens quæ in

euangelijs leguntur Marias, 4. tantum commemorat: Mariam matrem Domini: materteram ipsius Mariam Cleophę dictam: Mariam matrem Iacobi & Ioſe: & Mariam Magdalenam.

Et introeuntes in monumentum uiderunt iuuenem ſedentem in dextris.) Ne te moueat ingreſſus iſte in monumentum: ſcias locum ſepulchri dominici cauernam fuiſſe & adhuc eſſe rotundam in rupe factam, 8. pedum longitudinis, ſeu latitudinis: in quam ab orientali parte per anguſtum oſtiolum ſeu foramen, (cui aduolutum fuerat ſaxum) deſcenditur aliquot gradibus: & in ea ſpelunca in parte ingredientium ſiniſtra, ſepulchrum eſt dominicum exciſum ſimiliter in ipſa rupe, eleuatius ipſo pauimento tribus palmis. Porrò de apparitione, vel apparitionibus angelorum, videtur inter euangeliſtas parum conuenire: primum quòd Matt. ſcribat angelum inſediſſe lapidi reuoluto, Mar. iuuenẽ, id eſt, angelum conſpectum fuiſſe ab ingreſsis in monumentum ſedentem à dextris: deinde quod Mat. & Mar. vnius duntaxat angeli meminerint, Luc. verò & Ioh. duorum, quos Luc. per viros mulieribus adſtantes indicat: ad hæc quòd Luc. ſtantes, Ioh. verò deſcribat ſedentes, adijciens vnum ad caput, & vnũ ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu. Prima diſſonantia, conciliari poteſt iuxta Aug. duobus modis. Aut enim intelligendum eſt Mat. tacuiſſe de illo angelo quem intrantes viderant: Mar. vero de illo tacuiſſe quem foris viderunt ſedẽtem ſuper lapidem: vt duos viderint, & à duobus ſingulatim audierint, quę dixerunt angeli de Ieſu: prius ab illo, quẽ foris viderunt ſuper lapidem, deinde ab illo quẽ viderunt in

Li. de con. euan. 3. c. xxiiij. e.

in monumẽto in dextris: quò vt intrarent, illius qui foris sedebat verbis exhortatę sunt, dicẽtis: venite & vid lo. vbi pos. erat Dominus: quò veniẽtes viderũt eũ, de quo Mar. loquitur, à quo talia similiter audie runt. Aut certè intrantes in monumẽtum, in aliqua septa maceriæ debemus accipere: qua cõmunitum locum tunc fuisse credibile est in aliquo spacio ante petram, qua excisa locus factus fuerat sepulturæ: vt ipsum viderint in eodem spacio sedentem à dextris, quem dicit Mat. sedentem super lapidem: quandoquidem hortus illic erat, & in horto monumẽtum, vt scribit Iohan. Hæc posterior sententia mihi videtur probabilior vel hinc, quòd Mar. in toto euange lio ferè non alia referat, quàm quæ habẽtur in Mat. atq; hanc sequitur in sequentibus Augu. Iuxta hanc ergo dicendum ad secundam illam dissonantiam, apud Lucam diuersam esse apparitionem ab ea de qua Mat. & Mar. nam hęc foris facta est ante ingressum in monumentum seu cauernam, illam intus in ipsa cauerna. Vnde Augustinus: Possumus, inquit, intelligere vnum angelum visum à mulieribus, & secũdum Mat. & secundum Mar. sicut supra diximus: deinde intus ab eis, (dum inspicerent locum in quo iacebat corpus Domini) visos alios duos stantes, sicut dicit Luc. similia loquutos ad earum exhortandum animum, & ædificandam fidem. Quod ad tertium attinet, eadem est apparitio apud Lu. & apud Iohan. vt intelligamus secundum Au. eosdem angelos prius quidem sedisse vt Iohan. habet: ac deinde surrexisse, vt etiam stantes viderẽtur secundum Lu. Vel dicendum sedendi verbum non semper sessionẽ indicare, vti ex illo liquet, Sedistis in Cadesbarne

Mat. xxviij

Io. 19. g.

Ibidem. f.

Aug. ibidem. I.

 Deut. I. g.

multo tẽpore: atq; hic potius existẽtiam (vt ita loq̃r) signare, vt nihil referat siue stetisse dicantur, siue sedisse. Verum huic recõciliationi aduersari videtur, q̃ Lu. ipsam apparitionem describat, anteq̃ de mulieribus agat properantibus ad Ap. ad nunciandũ, quæ viderãt & audierãt: & añ cursum Petri ad monumẽtũ. Io. vero post acceptũ nunciũ Magdalenę à Petro & Ioh. de sublato Domini corpore: & post vtriusq; discipuli cursum: deinde quòd Lu. de pluribus mulieribus, Ioh. vero de sola loquatur Magdalena. Quin & alia non pauca hoc loco sunt, quę non facile quis ex euãgelistarũ collatiõe docere posset, non esse pugnãtia. Vt ergo scias quõ quęq; in concordantiã & in ordinem redigẽda sint, audi be. Au. diligẽtissimè hac de re disserentẽ. Omnia, inq̃t, quę circa tẽpus resurr. Domini facta sunt, secundũ omniũ euangelistarũ testimonia in vnã quandã narrationẽ, quantum nos Dominus adiuuerit, quẽadmodum geri potuerint, ordinemus. Prima sabbathi diluculo, sicut oẽs cõsentiũt, ventũ est ad monumẽtũ. Iã factũ erat q̃d solus Mat. cõmemorat de terræmotu & lapide reuoluto, cõterritisq; custodibus, ita vt in parte aliq̃ velut mortui iacerẽt. Venit aũt sicut Io. dicit Maria Mag. sine dubio cũ cæteris mulieribus q̃ Domino ministrauerãt, dilectiõe feruẽtior, vt nõ immeritò Io. solã cõmemoret tacitis eis, q̃ cũ illa fuerũt, sicut alij testant. Venit ergo & vidit lapidẽ sublatũ à monumẽto: an teq̃ aliquid diligẽtius inspiceret, non dubitãs ablatũ inde corpus, cucurrit ficut di. Io. & nũciauit Petro et Io. At illi currere ceperunt ad monumentũ: & peruenies Ioh. inclinauit se & vidit posita lint. nec intrauit. Pet. aũt consequutus intrauit in mo. & vidit lin.

Li. de. con. euan. 3. ca. 24. h.

Io. 20. 2.

pos. &

posſ.& ſudariũ q̃d fuerat ſuper caput eius non cum
lint. poſi. ſed ſeparatim inuolutũ. Deinde & Io. intra
uit & vidit ſimiliter & credidit q̃d Maria dixerat, ſub
latum eſſe Dominũ de monumento. Nondum em̃
ſciebat ſcripturã q̃d opor. eum à mor. reſ. Abierũt er-
go iterum ad ſemetipſos diſcipuli. Maria aũt ſtabat
ad monu. foris plorans. i. añ illum ſaxei ſepulchri lo
cũ: ſed tamẽ intra illud ſpacium, q̃d iam ingreſſę fue
rãt, hortus q̃ppe illic erat, ſicut idem Io. cõmemorat.
Tunc viderunt angelum ſedentem à de. ſuper lapidẽ
reuolutũ: de quo angelo narrant Mar. & Mar. Tũc Io.xix.g.
eis dixit. Nolite timere vos: ſcio em̃ q̃ Ie. qui cru. eſt
quęr. Non eſt hic: ſur. em̃ ſic dix. Venite, & vid. lo. vbi Mat.xxviij
po. erat Dominus. Et citò euntes dicite diſ. eius quia
ſur. & ec. p̃c. vos in Ga. ibi eũ vi. ecce prędixi vo. Qui Mar.xvi. b
bus ſimilia Mar. quoq; non tacuit. Ad hęc verba Ma
ria dum fleret inclinauit ſe, & proſp. in mon. & vid. Io.xx.c.
duos ang. ſicut dicit Io. in albis ſedentes: vnum ad ca
put, & vnum ad pe. vbi poſ. fu. cor. Ie. Dicunt ei, illi.
Mulier quid plo. Dicit eis. Quia tul. dom. m. & neſ.
vbi poſ. e. Hinc intelligendi ſunt ſurrexiſſe ange-
li, vt etiam ſtantes viderentur, ſicut eos Luc. viſos Lu. xxiij.a.
fuiſſe commemorat: & dixiſſe ſecundũ eundẽ Luc.
timentibus mulieribus, & vultũ in terrã declinanti-
bus. Quid quęritis viuentem cum mortuis? Non eſt
hic, ſed ſur. Recordamini qualiter lo. eſt vo. cum ad-
huc in Gali. eſſet di. Quia oportet fi. ho. tra. in ma.
ho. pec. & cru. & die 3. reſ. à mor. Et recordatæ ſunt
verb. e. Poſt hæc conuerſa eſt retrorſum Maria: & vi- Ioh.xx.c.
dit Ieſ. ſtan. ſicut dicit Iohann. & non ſci. quia Ieſ. eſt.
Dicit ei Ieſ. Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa
exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei. Domine ſi

tu ſuſt.e.di.mi.vbi po.e.& ego eũ tol. Dicit ei Ie.Ma. Cõuerſa illa di.ei.Rabboni,quod di.magiſter.Dicit ei Ie.Noli me tangere: nondum enim aſc.ad Pa.m. Va.autem ad fr.m.& dic e.Aſcen.ad Pa.m.& Pa.ve. Deum m.& De.ve.Tunc egreſſa eſt à monumento: hoc eſt, ab illo loco, vbi erat horti ſpaciũ:& cum illa alię, quas ſecũdum Mar.inuaſerat tremor & pauor:
Mat.xxviij & nemini quicq̃ dicebãt.Tunc iam ſecundum Mat. ecce Ieſus occurrit illis di.Auete.Illę autem ac.& ten. pe.e.& ado.e.Sic enim colligimus & angelorum al loquutionem bis numero eas habuiſſe,veniẽtes ad monumentum:& ipſius Domini:ſemel ſcilicet quã do Maria hortulanum putauit:& nunc iterum cum
Io.xx.c. eis occurrit in via, vt eas ipſa repetitione firmaret,at que à timore recrearet. Tunc ergo ait illis: Nolite ti. Ire nunci fra.m. vt eant in Ga.ibi me vi.Venit ergo Maria Magdalena annuncians diſ.quia vidi Do.& hæc ei dixit. Non ſolum ipſa, ſed & aliæ, quas Lu.
Lu.xxiij.h. commemorat, quæ nunciauerunt hæc diſ. ii. & cæteris omnibus. Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramentum verba iſta: & non credebant illis. His &
Mar.xvi.c. Mar.atteſtatur. Nam poſteaquàm commemorauit eas tremẽtes & pauentes exiſſe à monumẽto,& nemini quicquam dixiſſe, adiunxit, q̃ reſurgens Dominus apparuerit mane prima ſab. primo Mariæ Mag.de qua eiecerat 7.dæmonia: & quia illa vadẽs nunciauit ijs, qui cum eo fuerant lugentibus & flẽtibus:& quia illi audiẽtes quòd viueret, & viſus eſſet
Mat.xxviij ab ea non crediderunt.Mat.etiam illud inſeruit,abſcedentibus mulieribus veniſſe quoſdam in ciuitatem de cuſtodibus, qui iacuerant velut mortui, & nũciaſſe principibus ſacerdotum omnia quę fa-

cta fuerant &c. Docet hęc ipsa paulò fusius idē Aug. in sequentibus, q̄ p̄tereo. Ex q̄bus vnum illud adiicio, quòd Luc. commemorans cursum Petri ad monumentū, recapitulando id faciat. Non enim eo id loco q̄ ipse refert, sed prius accidit, vt ex suprapositis patet. Vt aūt etiā ordinē & numerum scias singularum apparitionū hinc inde in 4. Euan. recitatarum, hunc habeas. be. Aug. epilogū. Inuenimus, inquit, apud 4. euā. decies cōmemoratum Dn̄m visum esse ab hominibus post resurrectionem. Semel ad monumentū mulieribus: iterum eisdē regredientibus à monumento in itinere: tertiò Petro: 4. duobus euntibus in castellum: 5. pluribus in Ierusalem, vbi non erat Thomas: 6. vbi eum vidit Thomas: 7. ad mare Tiberiadis: 8. in mōte Galileę secundū Mat. 9. q̄d dicit Mar. Nouissimè recūbentibus: qa iam non erant in terra cum illo conuiuaturi: 10. in ipso die, nō iam in terra, sed eleuatum in nube, quū in cœlum ascenderet, quod Mar. & Luc. cōmemorant. Cætera hoc monotessaron declatātia breuitatis ergò p̄tereo. De angelo viso foris super lapidē iuxta Mat. dici etiam poteſt, q̄ idē fuerit, qui visus sit intus iuxta Mar. & quòd mulieres in monumentum p̄cesserit.

Li. de cō. euā. 3. c. 25 b

Ibidē. m. Θ.

Illæ exeūtes fugerūt &c. & nemini quicq̄ dixerūt. Huic planè aduersari videt Mat. dicens. Exierūt citò de monumēto, &c. currentes nūciare discipulis: magis etiā Luc. q̄ dicit. Et regressæ à monumēto nuncia uerūt hęc oīa illis 11. & cęteris oībus, &c. Secundū Aug. dicendū ipsorū angelorum nemini ausas fuisse aliq̄d dicere. i. respōdere ad ea, q̄ ab illis audierāt: aut certè custodibus q̄s iacētes viderūt. Mihi tamē ex eo, q̄d p̄cesserit, Ite, dicite discipulis eius: & inuaserat enim

Li. de cōs. euan. 3. ca. 24. b.

eas tremor & pauor, ꝓbabilius censet, primũ qdem quũ adhuc terrore essent percitæ, nulli quicq̃ indicasse: postea tamen, deposito timore, quod iussę fuerant, impleuisse.

Li. de cõs. euã. 3. ca. 25. g. 5.

Nouissimè recũbentibus illis 11. *ap.*) B. Aug. locum hũc cũ alijs euãgelistis, duobus cõciliat modis. Posterior est q & melior: vt hæc apparitio eadẽ intelligat cũ ea, q̃ facta est die post resurrectionẽ 40. Atq; ita ὑστερον cõparatiuum loco superlatiui, vt noster vertit Inter. accipiendũ est. Priorẽ modũ q̃ hanc eãdem facit cũ illa q̃ ipso resurrectiõis die facta est sub uespera m, qa hic nec ipse sibi admodũ fidit Aug. deinde qa id à plerisq; vt coactũ (sicuti manifestũ esse potest relegẽti locũ Aug.) reijci cernimus, nobis neq; libuit, neq; visum est operæ preciũ studiosis obtrudere. Neque minus coactũ id nobis iudicat, q̃d nonnulli, (vt ὑστερον ad vsitatiorẽ trahãt significãtiã, nẽpe vt ꝓ deinde sumat) hãc apparitionẽ vnã faciũt cũ ea, quã Ioh. p̃sente Thom. die octauo accidisse describit: p̃sertim quũ nihil in eis cõmune deprehendat vtriq; p̃ter numerũ vndenariũ. Præstat itaq; vt alterũ illũ recipiamus Augustini sensum: & ὑστερον sumamus pro nouissimè, iuxta fidẽ nostri Inter. q; videlicet hęc & nouissimo die facta sit apparitio: & inter cæteras à bę. Marco descriptas loco constituatur postremo.

Exprobrauit incredu. eorum &c.) De præterita illa incredulitate intelligẽdum est, quando neq; mulieribus neq; discipulis quibusdam nunciantibus credere voluerunt. Vnde etiam signanter temporis plusquamperfecti voce vsus est euangelista, dicens, ὅτι οὐκ ἐπίστευσαν, quòd non credidissent.

IN

IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM, SCHOLIA.

Ex capite 1.

DE *uice Abia.*)Ex li.Paral.1. ca.24. discimus filios Aaron 24. sortibus fuisse distinctos: quarũ quælibet per vices atq; hebdomades suo fungeretur in tẽplo Domini munere.Inter cęteros ergo sacerdotes,Abia in sorte numeratur octaua:ex cuius vice hic Zacharias fuisse describitur.Be.Amb.simpliciter interpretatur:de vice Abia,id est, inquit, nobilis inter supetiores semine. B.Θ.

Sorte exijt.)Græcis vnica vox est ἔλαγχε quam neoterici interpretantur sortitus est,hoc est,sorte cõ sequutus est,& sors illi obuenit.Rursus hoc be.Ambrosius simpliciter intelligit, quasi inter sacerdotes sors mitti consueuerit,qui esset immolaturus incensum,vel thymiama. Hic enim est, inquit,Zacharias ille summus sacerdos, qui sorte queritur, quia verus adhuc ignorabatur &c.Quod Beda veluti corrigens,aut certè pro suo sensu explanans, Non noua inquit, sorte electus est quum incensum esset adolẽdum,sed prisca tunc sorte ꝑlectus, quum primũ ex ordine sui põtificatus in vicẽ Abia succederet.Quòd aũt Zacharias sacerdos fuerit sumus, multis adstruit rationibus cõtra opinionẽ Lyrani, Paulus Bur.cũ q̃ consentit non modo Am. verum etiam Chry. enartans illud Iohan. 1.Ego baptizo in aqua: & Beda: & E.

In.ser.3.de S.Ioh. & Aug. (vt videtur) dum ait Iohānem fubulā fuiſſe legis & gratiæ, quæ diploidē ſummi ſacerdotis ſancto patri iungebat in corpore.

Orans foris.) Non ſub dio, ſed in atrio vulgi: de quo in Apo. Atrium autem quod eſt foris templū,

Apo.11.a. eijce foras, & ne metiaris illud.

Adhuc ex utero ma.) Hoc eſt, etiamnum in ipſo matris vtero. Adhuc enim, inquit, Orig. in matris vtero erat Iohannes, & Spiritum ſa. acceperat. Id autem tunc factum eſt, quando ad aduentum ſaluatoris exultauit in vtero: quando repleta eſt Spiritu S. Elizabeth. Hoc ſenſu hunc locum intelligunt oñes

Ser. de be. Iohan. ferè veteres, etiam Aug. dicens inter cætera, quòd b. Iohan. ad ſimilitudinem Domini ſanctificatus fuerit antequam natus. Eſt tamen qui ἔπ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ, verterit, iam inde ab vtero matris ſuę.

n. Quem ſenſum apud duos duntaxat inuenio antiquos: quorum prior Chry. eſt in hom. quadam habens. Et Spiritu S. replebitur mox vt exierit de vtero matris. Verum hoc non autoris, ſed interpretis eſſe puto. Alter eſt Euthy. qui & ipſe ſuper illud, Et repleta eſt Spiritu S. Eliſabeth, teſtatur etiam Iohannem

Luc.1.e. tunc Spiritu S. fuiſſe repletum. De ſanctificatione Iohan. qui plura deſiderabit legat Orig. & Amb. ſuper illud, Et repleta eſt Spiritu S. Elizabeth: item diſt. 6.4 libri Senten.

Vt conuertat corda patrum in filios.) Perinde eſt quaſi dicat. Efficiet vt idem cor, eadem mens, atq; adeo eadem fides ſit in poſteris, quæ olim fuit in veteris Teſt. patribus. Vritur autem angelus Malachiæ verbis, in fine vaticinij ſui ita ſcribentis. Et conuertet

(inquit

(inquit de Elia loquens) cor patrum ad filios.

Abijt in domum suam. Quę in montana Iudęę regione non procul à Bethlehem sita fuisse refertur. Vnde infra. Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in dom. Zach. Alij tamen, Ierosolymæ habitasse Zachariam putant: vt infrà dicemus. Abijsse autem in domum suam scribitur, post expletos videlicet officij dies, propterea, quòd tempore ministerij sacerdotes agerent in habitaculis quibusdam templi in hoc destinatis, vt ex Thalmud, & ex libro Ioraa refert Burgensis. S. Hier. Infra ibi Abijt in mont.

Occultabat se mens. 5. d. quia sic fecit mi. Dominus. Pudebat enim ipsam conceptæ prolis propter ætatem. Sunt enim (inquit Amb.) ipsi quædam tempora præscripta coniugio, quando dare operam liberis sit decorum. At verò, vbi matura æui senectus successerit, & ætas regendis liberis habilior, quàm creãdis, pudor est legitimi licet coitus indicia gestare, & grauari alienę ætatis onere, & tumescere aluum, nõ sui temporis fructu.

Desponsatã uiro.) Ex eo, quòd Mat. ca. 1. legitur, Quum esset despõsata mater eius Maria Ioseph, antequàm conuenirent inuenta est, &c. Insinuari videtur illud desponsatam vtrobiq; accipiendũ pro stipulatam, & ad futuras nuptias, cõsummandumq; suo tempore coniugium (quod ad affectum parentum attinet) destinatam ac traditã: ita vt iam tum in ipsis ageret ędibus sui sponsi, illibata tamen ab omni carnali commercio. Nam vt be. tradit Chryso. eum tenebat morem antiquitas, vt sponsæ in sponsorum domibus haberentur. Vt enim, inquit, generi Loth apud Generi à gener.

apud socerum leguntur habitasse cum sponsis non dum sibi copulatis lege coniugij, sic habitabat etiã Maria cum sponso. Amb. tamen pro eodem accipiens desponsatam & nuptam, amplius quid sentire videt, nimirũ consummatas fuisse nuptias, ipsamq; virginem prorsus iamdudum maritali iuri, salua tamen pudicitia, fuisse subiectam: ne videlicet vel nouæ conceptionis sacramentum innotesceret diabolo: vel vlla posset fornicariæ conceptionis alicundè suboriri suspicio. Tractat hunc locum & Hiero. aduersus Helui. si quis plura velit cognoscere.

Quæ quum audißet, turbata est.) Ne fallaris relatiui ambiguitate, scito quæ non angeli verba, sed Mariam referre. Et quum græcè sit ἡ δὲ ἰδοῦσα quæ quum vidisset turbata est in sermone eius (adstipulante etiam Amb.) duplici ex causa in his verbis demonstratur virgo beata turbata fuisse: primum ex
n. admirabili coruscantis angeli aspectu: deinde ex inaudita salutationis forma.

Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cog.)
A. Non vt Zacharias de rei dubitat effectu: sed modum inquirit, quo id fieri possit, saluo voto pudicitiæ. Ille enim ait, Vnde hoc sciam: hæc autem, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cog? Quod pro-
De sanct. virg. c. 4. fectò (inquit August.) non diceret, nisi Deo virginem se ante vouisset. Sed quia hoc Israelitarum mores adhuc recusabant, desponsata est viro iusto, non violenter ablaturo, sed potius contra violentos custodituro, quod illa iam vouerat. De quo etiam vo-
Cat. to ita scribit Grego. Nysenus. Hæc, inquit, Mariæ verba indicium sunt eorum, quæ tractabat in mentis

tis arcano. Nam si causa copulæ coniugalis Ioseph desponsari voluisset, quur admiratione ducta est, dum sibi narratur conceptio: quum nimirum ipsa præstolaretur ad tempus mater effici iuxta legis naturam? Verum quia oblatum corpus Deo, quasi quoddam ex sacris inuiolabile reseruari decebat: & & ideo dicit, quoniam virum non cognosco.

Obumbrabit tibi.) Hoc est, veluti vmbram quan dã tibi circumfundet: qua te ab æstu libidinis refrigerando contutabit. Haud etiam inscitum est quod post prædictum sensum adfert Grego. di. Per vmbrationis vocabulum incarnandi Dei vtraq; potuit natura signari. Vmbra enim à lumine formatur & corpore. Dominus autem per diuinitatem lumen est, qui mediante anima in Mariæ vtero fieri dignatus est per humanitatem corpus. Quia ergo incorporeum lumen in eius erat vtero corporandum, ei quæ incorporeum concepit ad corpus, dicitur, Virtus altiss. obumbra. tibi: id est, corpus in te humanitatis accipiet incorporeum lumen diuinitatis. Vide si lubet etiam Hila. li. de Trin. 2. Gr. Mora. 18. Iob. 17.

Omne uerbum.) Id est, omnis res, ex cõsuetudine hebraica: de q̃ plura ca. seq. ibi: Videamus hoc verbũ.

Abijt in montana cum festin. in ciuit. Iuda.) Ciuitatem hanc non fuisse Ieroſolymã ex illo argui posse videtur, quòd Ieroſolyma sita fuerit in tribu Beniamin, vt liquet ex Iosue ca. 18. quum hæc in tribu fuerit Iudæ: dein ex illo, quod dicitur, abijt in montana: & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc: de qbus intelligendũ videt illud Iudicũ 1. Fuitq; Dñs cũ Iuda, & montana possedit.

Ecquius

Ser.de visita. A.li.quæst. in Iud.

Ecquius tamen nititur adferere contrarium: cuius potissima ratio est, quòd Aug. dicat Ierosolymam ciuitatem fuisse ipsi Beniamin & Iudæ communē: id quod ex illo colligere videtur Aug. quod Iosue 15. scribatur, Iebusæos habitasse cum filijs Iuda in Ierusalem vsq; in præsentem diem. Cum hac opinione consentit Beda, super illud: Et ibāt parentes eius per omnes annos in Ieru. ita scribens. Mariam euangelista hic, mox Domino cōcepto Ierosolyma mittit: domum pontificis intromittit: ibi & Baptistam natum refert: & Bonauentura. Cum priore verò consentiunt Theo. enarrans illud, Vt impleti sunt dies officij eius abijt in do. s. & Euthy. & histo. scho. vt antiquos taceā, qui silentio illi videntur adsti pulari.

Luc. 2. f

Supra. c

Salutari meo.) Salutaris hoc loco, p saluatore ponitur, id quod & aliàs fit in arcanis literis, vt illo psalmi versiculo, Exaudi nos Deus salutaris noster: vbi tā græcè, quàm hebraicè saluatoris est vocabulum.

Humilitatem ancil. s.) Iam vulgò receptum est humilitatem hic declarare paruitatem & abiectiōem, non animi virtutem modestiam quam vocant. At Orig. apertè de virtute interpretatur: Aug. de vtroq;. In scriptura enim sacra non perpetuo seruatur differentia illa, quæ ταπείνωσιν ad humilitatem condi tionis: ταπφνοφροσώνην verò, ad humilitatem refert, animi sese demittentis.

Au. super Magni.

Ecce enim ex hoc.) Subaudi tempore, est enim ἀπὸ τοῦ νῦν.

In brachio suo.) Hoc est, per Filium suum, quo ve luti brachio operatus est Deus nostrā salutē. Nōnulli per brachiū intelligunt Dei fortitudinem.

Eu.

Disper-

Dispersit superbos mente cor.s.) Duplex potest adsignari constructio. Prior talis est: Dispersit eos Deus qui mente siue sensu cordis sui superbi sunt. Altera talis. Dispersit superbos διανοίᾳ cogitatione cordis ipsorum: vt intelligamus superbos suis ipsorum consilijs dispergi. Prior tamen sententia mollior est. Poterit & tertia adsignari iuxta Aug. nimirum hæc. Deus sola cordis sui intentione, soloq; cogitatu, vel vt ipse loquitur, profundo suo consilio dispergere potest superbos: nisi quod huic reclamet illud αὐτῶν plurale, quod prohibet ne διανοίᾳ καρδίας ponsit referri ad Deum. Quod si αὐτὸ scriptum esset vti legisse videtur Aug. non posset nisi ad deum pertinere. Superbos autem intellige cacodæmones, vel Iudæos, vel generaliter quotquot sunt, qui aduersus Deum aut proximum efferuntur animo. Illud insuper aduertas oportet, in hoc cantico præteritum tempus prophetico more vbiq; fere per metastesin poni loco futuri. Disperdet superbos: faciet potentiam: deponet potentes, &c. Au. super Magnific.

Esurientes implebo.) Qui sunt (inquit Aug.) esurientes? Humiles indigentes. Qui sunt diuites? Superbi & inflati. Vide Aug. hom. 44. & super Magni.

Suscepit Israhel puerum s.) Consensus interpretum Israhel appositiuè connectit cum puerum suũ, vt subaudiatur deus, vti in versibus præcedentibus. Suscepit Deus puerum suum Israhelem, vt memor esset suæ, de qua loquutus fuerat patribus Abrahamo, & posteris eius misericordię. Statuã enim, inquit Deus Abrahamo, pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœ Sicut loqu. est ad pa. Gen. 22. d.

dere sempiterno, vt sim Deus tuus & seminis tui post te,&c.

In secula.)Hanc coronidem communiter referunt explanatores ad semen permansurum in secula:ego tamen malim ad totū simul canticū referre.

Mansit autem Maria cum illa quasi mens.3.) Mansisse Mariam apud cognatam suam vsq; ad ortū Iohannis negat Theo.cum græco quodam in Catena adducto:Amb.verò Euthy.& quorum mihi sententia verior censetur adfirmant:id quod Amb.qui cæteris rectior est,indicat dū ait:Tam diu māsit Maria, quàm Elizabeth pariendi tempus impleret: & rursus dum subdit.Pulchrè tempus quo fuit in vtero ,p pheta describitur,ne Mariæ præsentia taceatur.

Quia nemo est in cogna. t. qui uo. hoc nomine.) Hoc dicebant,quia nolebant infantem nomine appellari alieno,& peregrino cuiusmodi illis erat Iohānis nomen. Sensus autem apertior fuerit,si ꝛ quia habeatur quasi superuacaneum.Dixerunt ad illam: nemo est in cognatione &c.

Eu. *Manus Domini.*)Id est,diuina virtus & gratia.

Erexit cornu salutis.) Per cornu,regnū designat.

Θ. Mos enim fuit, reges vngere ex cornu. Vel cornu sa-

Eu. lutis dicit per metaphoram scripturæ familiarem, pro salute præpotente,robusta,atq; inuicta.

Salutem ex inimicis no.)Pendet ab eo, quod præ-

E. cessit, sicut loquutus est: vel secundum alios,ab illo,

B.Eu. erexit cornu salutis:tāq; fi dicat. Cornu nobis erexit, regnumq; salutis:seu salutē quandā regiam fortem, atq; vt ita dicā,corneā:salutē, inquā,& redemptionē ab inimicis,tā visibilibus,quàm inuisibilibus.Quod enim

enim cõpendio dixerat, erexit cor. sa. no. hoc versiculo veluti explanat.

Ad faciendã misericor.) Quod ad græcã syntaxin attinet, quia τὸ ποιῆσαι, μνησθῆναι & δοῦναι infiniti sunt modi, necesse est ea referre ad illud q̃d præcessit, sicut loquutus est. Sic enim illi loquuntur. Loquutus est facere misericordiam, & recordari testamenti, pro eo quod est, loquutus est ac pronunciauit fore vt faceret misericordiam: vel dixit facturum sese misericordiam, ac memorem fore testamenti. Vel ita coniunge. Deus visitauit & redemptionem fecit plebis suæ: cornu quoq; nobis erexit salutis, vt misericordiam faceret cum patribus nostris: sicq; re ipsa memorem se declararet sui testamenti.

Iusiurandum quod iur. ad Abra. pa. no. da. se no.) Iusiurandũ accusandi casus est, & cõstrui potest cum loquutus, quẽadmodum & illud salutẽ ex inimicis: vel cũ illo, q̃d subiungit, daturũ se, hoc pacto. Sicut loquutus est daturũ sese ac præstaturũ nobis iusiurãdũ, q̃d iura. ad Abr. pa. no. Euthy. tamẽ hoc cũ verbo immediate p̃cedenti memorari iungendũ docet: sicuti & illud testamenti. Indifferenter em̃, inqt, μνησθῆναι ℞ genitiuo trãsit ad accusatiuũ. Quod si hic ita se habet, idẽ & in lectione latina factum intelligi debet. Est p̃terea q κατὰ hic subaudiat, sic. iuxta iusiurandũ. Θ.
Poterit & hoc pacto iungi: & memorari iusiurandum testamenti sui.

Per uiscera misericordiæ.) Viscera misericordiæ vocat vehe. animi adfectus, ad miserẽdũ ꝓpensos.

Visitauit nos oriens ex alto, Illum.) Oriẽs nõ est hic participij particula, vt ordinari debeat, ex alto oriẽs, E.

sed nominis, vt ex alto iungatur cum visitauit: deinde sequatur, illuminare, hoc est, vt lumen prçberet, siue illucesseret iis, qui in tenebris, & in vmbra mortifera sedent. Orientem ergo hoc est ἀνατολὴν solem debemus accipere, perquẽ Christum intelligimus, vt subindicat Theo. apud interpretem, ita loquens. Ille visitauit nos ex alto qui oriens dicitur: sol enim iustitiæ est, & illuxit nobis qui in tenebris eramus, hoc est in ignorantia, & vmbra mortis, id est, peccatis sedentes. Sunt præterea qui secus hunc locum distinguãt: nam illuminare passiuè intelligunt, modo
Ca. imperandi: & ibi, Oriens ex alto, nouum faciunt sermonis caput, vt sint verba deprecantis, hoc pacto. O oriens Christe sol iustitiæ, ex alto illuscescere iis q in tenebris, &c. Quam distinctiõem licet sermo grçcus non repudiet, alteram tamen magis probauerim.
E. Dicit autem ex alto, quòd Christus lux mundi è sublimi descenderit ad illuminandos mortaleis,
L. quum contra sol iste corporeus ab imo exurgat. Vel ex alto, id est, ex profundo & abstruso abyssus diuinæ, ac sinus paterni.

Viam pacis.) Phrasis est hebraica, pro viam prosperam, bonam, pacificam, & salutarem.

Ex capite II.

B. HAec descriptio *prima facta est à præside Syriæ Cyrino.*) Prima dicitur hæc descriptio, vel eatum quæ vniuersum terrarum orbem concluserint: nam pleræq; iam terrarum partes leguntur fuisse recensitæ, vt liquet ex li reg. 2. ca. 24. de numeratione Dauidica, & ex Iosephi libris: vel ipsius Cyrini, q; vide-

videlicet hæc perscriptio Cyrenio præsidente Syriæ (vt græcè est) vel à Quirino præside facta, prima fuerit. Fiebat autem eiusmodi descriptio, siue recensio, vt quisq; ex Cęsario mandato sese declararet quàm esset potens in possessionibus & facultatibus, idq; propriis datis & conscriptis nominibus: vtq; singuli testarentur atq; agnoscerent Romano sese subiectos imperio, dato in hoc, vt nonnulli volunt, denario numismate census, aut certo aliquo tributo. Syria amplissimum quondam regnum fuit, cuius frequens mentio est tum aliâs, tum libro 2. reg. ca. 8. q̃ inter cæteras regiones, etiam Palestinam complectitur, vt testis est Plinius lib. 5. ca. 12. Hebraicè Arã vocatur ab Aram filio Sem. E. V.L. Cat.L.

Vt profiterentur.) Quos nos profiteri dicimus, respectu eorum qui censentur, & describere siue censere, respectu eorum qui censent, vtrunq; vno verbo ἀπογράφεσθαι dixit euangelista: q̃ factũ est vt Interpriori loco verterit, ut describeretur vniuersus orbis, posteriori vt profiterentur singuli. Apud Petrum Chry. tamen pro describeretur legitur, vt profiteretur vniuersus or. V. Pet. se. 175

Primogenitum.) Primogenitus est non post quẽ alij, sed ante quem nullus est genitus. Hi. cõ. Hel.

Vigilantes.) Docet quidam græcarum peritia haud vulgariter instructus, ἀγραυλοῦντες propriè sonare, (quemadmodum Theo. enarrat) rusticantes, id est, ruri agentes, siue in agro stabulantes. Nam hinc, inquit, est composita dictio ἀγρὸς ager, αὐλὴ stabulum. Deinde rationem subdens custodiendi gre- E.

gis in Angelia & alijs qbusdã regiõibus vbi magna est ouiũ copia. In septis, inqt, noctu seruant greges ob incursum luporũ: verũ ea septa in agris sunt. Euthy. tamen aliã huius vocis etymologiã significantiamq; indicans, Ἀγραυλεῖν inquit, quidam interpretantur ἐν ἀγρῷ αὐλεῖν alij verò ἐν ἀγρῷ αὐλίζεσθαι: quorum prius ipse Euthymij interpres, vertit tibia canere: nam ἀυλὸς tibiam & fistulam signat: posterius in agro degere, siue pernoctare: quod poſtremum cum ecclesiæ lectione consentit, (ne quis
n. eam reprehendendam putet) vt intelligamus id quod sequitur, custodientes vigilias noctis vel φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς custodientes custodias noctis, quasi explanatiuum esse illius vigilantes.

In terra pax hominibus bonæ uol. Illud bonæ voluntatis quod græcè est εὐδοκία casu videlicet nominatiuo (nam ita hodie legitur) potest referri vel ad Deum, vt cum pax constituatur, hoc pacto: homini bus in terra sit pax diuini beneplaciti: id quod græcè per quandam veluti appositionem εἰρήνης cum εὐδοκίας haberi potest: (si tamen εὐδοκίας & non potius εὐδοκίαν aut certe εὐδοκίᾳ scribẽdum est) vel ad homines, vt cum hominibus constituatur hoc pacto: Et in terra pax hominibus ijs videlicet, qui bonæ sunt voluntatis. Et quanquàm hanc sententiam hodierna græcorum lectio non recipiat, Chry-
n. sostomus tamen, vt Ambrosium, & reliquos fileam, sermone de natiuitate Domini apertè eam conspicitur sequutus. Sic enim hunc locum enarrat.

Videte

Videte, inquit, quod dicitur, in cœlis gloria, vbi nulla dissentio est: in terra pax, vbi bella cotidiè. In terra pax, in quibus pax? In hominibus bonæ voluntatis. Et quare gentiles pacem non habent? quare Iudæi pacem non habent? Ideo adiecit, pax in hominibus bonæ voluntatis, hoc est, qui suscipiunt natum Christum. Huc accedit quod passim in ipsius homilijs scriptum legimus, in ter. pax hominibus bonæ voluntatis. Priorem verò sententiam, idem homi. in epist. ad Collo. 3. (si modo non fallit nos vel libri titulus, vel ipsius interpres) sequutus videtur. Ita enim legimus iuxta Musculi versionem. Propterea gratias agentes dicimus, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, hominibus bona voluntas. Ecce, inquit, & homines deinceps apparuerunt comiter ac placidè se habentes. Quid est bona voluntas? conciliatio. Non enim amplius interstitium est cœlũ. Præterea qui dubitat an εὐδοκία etiam ad homines pertinere possit, propterea quòd quidam ex recentioribus neget aptè dici εὐδοκίαν hominis erga Deum, sciat de humana εὐδοκίᾳ tum aliâs tum apud Sirach Eccle. ca. 18. scriptum esse. Ἐὰν χορηγήσῃς τῇ ψυχῇ σου εὐδοκίαν ἐπιθυμίας, ποιήσεις ἐπίχαρμα τῶν ἐχρῶν σου: hoc est, si præstiteris animæ tuæ concupiscentiæ beneplacitum, faciet te in gaudium inimicis tuis. Et apud Paul. Rom. 10. ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας, δέησις ἡ πρὸς τὸν θεόν: Id est voluntas quidem cordis mei, & deprecatio ad Deum. Porrò quòd quidam sentiunt locum hunc in tres secandum particulas, reddẽdaq; sin-

Hom. in Mat. 26. & 36.

n.

Bu. n. 37.

singula singulis, nempè gloriam vni Deo in altissimis: terræ pacem: hominibus bonam voluntatem, mihi sanè non admodum probatur: tum quòd copula & non nisi binas postulet particulas, tum quòd apud vetustiores solidioresq; scriptores idipsum nō
H.in reperiatur. Nam Iren. & Hier. veterem nostram scri-
Mat. 28. bunt lectionem, quæ eam distinctionem non admittit: itidem & Orig. ira habens apud suum interpretem: Gloria in excelsis Deo: & super terram pax in hominibus bonæ vol. quibus consentit Pontianus pa. 1. & Hila. li. de Trin. 2. atq; Chry. vt supra patet. Hos itaq; sequi malim, quàm Euthymiū, Theo. & neotericos, qui ab illis dissentiunt.

Videamus hoc uer. quod fac. est, quod Do. *ostẽ. no.*) Ita lego in exemplaribus vetustis, consentientibus & græcis: ne quis putet inserendum, quod fecit dominus, & osten. Verbum autẽ ponit pro re aut opere. Ira enim hæbraei verbi siue sermonis vocabulo vti consueuerunt. Vt apud Iesc. 39. Non fuit verbū quod non ostenderit eis Ezechias in domo sua. Vbi & paulo inferius sequitur. Non fuit res quam non ostenderim eis in thesauris meis: vbi vtrobiq; est דבר verbi vocabulum. Et 2. Regum 1. Quod est verbum, quod factum est? Indica mihi. Vnde etiam Marcus euangelij sui c. 1. leprosum illum quem Dominus curarat, dissemināsse sermõem cõmemorat.

Videntes autem, cognouerunt de uerbo, quod dic-
Eu. *tum erat illis de puero hoc.*) Ne sermonis fallatis ambiguitate: scito quod, hic esse relatiuum. Et cognouerunt dixit pro certiores facti sunt de verbo. Quod autẽ huius loco in archetypo scribitur Διηγήσαν

anceps

anceps est ad cognouerũt seu certiores facti sunt, & diuulgauerũt: ꝗd posterius magis quadrat cũ eo ꝗd subiicitur, Et omnes qui audierunt mirati sunt. n. Θ.

Dies purgationis eius.) Incertum est, quò potius referẽdum sit eius: ordo tamen sermonis magis postulat vt ad puerum pertineat, & purgationem hic cęremonias illas accipiamus quibus & mater & fœtus ipse lustrabatur. Vnde etiam Orig. pluratiue ἀυτῶν & legit & interpretatur: quum in alijs ἀυτῆς, in alijs verò ἀυτῆς, scriptum sit. Nihil tamen verat quò minus dies purgationis 40. illos dies accipiamus, quibus beata virgo domi se continuerat, ne violatę incusaretur legis.

Timoratus.) εὐλαβὴς, religiosus, prouidus.

Venit in Spiritu in temp. Hoc est, Spiritu sancto instigante templum ingressus est. Θ.

Lumen ad reuelationem gentium. Hoc est, vt lucem gentibus inferat, discussis tenebris cæcitatis, ignorantiæ, & peccatorum. Reuelationem siquidem, visus restitutionem vocat, teste Eut. Is.

Vt reuelentur ex multis cor. cogi. Referenda sunt hæc non propriè ad proxime præcedentia, sed ad superiora potius, nimirum ad, positus est hic in ruinã & in resurrectõiem multorum, & in signum cui cõtradicetur, vt reuelentur, &c. Cæterum vt, consequutionem hic dicit, non causam.

Et hæc uidua usq; ad annos 84. Perinde est ac si diceret: Vidua erat annis ferè quatuor & octoginta. A.

Qui expectabant redemptionem Ierusalem. Ierusalẽ ablatiui casus est, aut datiui: vt intelligas locum designari vbi hæc facta est redemptio. Est enim græ

cē in Ieruſalem. In multis tamen latinorum codicibus eſt redemptionem Iſrael, quod vt non exprimatur in contextu, ſubaudiendum tamen erit.

Ieſus proficiebat ſapientia.) Iuxta humanitatem, iuxtaq; æternam exhibitionem, intelligendum eſt puerum Ieſum incrementa ſumpſiſſe ſapientię: alioqui diuinitas in eo plena ſemper fuit omni ſapiētia.

Ex capite III.

TEtrarcha autem Galilææ Herode. Tetrarcha, vel tetrarches is dicitur qui quartam regni alicuius partem adminiſtrat. Sonat enim τετράρχης quaſi dicas quartus princeps. Et Herodes hic idem eſt, qui infantes occidi iuſsit, Antipatri Aſcalonitæ filius, & Herodis iunioris pater.

Factum eſt uerbum domini ſuper Ioban.) Sub. vt prodiret in publicum ac pœnitentiam prædicaret: nam ſermo apoſiopeſin habet. Verbum hic mandatum accipere poſſumus. A. X.

Praua in directa.) Praua dixit, pro tortuoſa, & inæqualia.

Genimina uiperarum.) Iudæos genimina, hoc eſt, filios, & progenies viperarum vocat, ob veneno ſam nocentiſsimamq; ipſorum vitam. De viperarum natura ſcribit Plinius li. nat. hiſt. 10. cap. 62. in hæc verba. Viperæ (inquit de ipſarum coitu loquēs) mas caput inſerit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terreſtrium eadem ſola intra ſe parit oua vnius coloris, & mollia vt piſces. Tertia die intra vterum catulos excludit: deinde ſingulos diebus ſingulis parit, viginti fere numero. Itaq; cæteræ tarditatis

ditatis impatientes perrumpunt latera, occisa parente. Eadem ferè tradit & Hieronymus, aut si quis alius est epistolæ ad Præsidium, de cœreo paschali author. Sic enim scribit. Viperæ per os coitum faciunt, masculi mortem contemnunt: sed fœmina in ipso coitu, siue magna dulcedine exagitata, siue futuri præscia periculi, dum absorbet semen caput masculi abscidit, & sic eum occidit. Sed quum conceperit, vi scera illius ab ipsis quos cōcepit comeduntur, & sic matrem occidunt.

Qui habet duas tunicas, det non habenti.) Haudquaquàm durius hoc esse præceptum, quàm par est iudicabimus: si meminerimus præcepti dominici, huic concinentis, quo diligere iubemur propinquū non minus quàm nosipsos: & si nullam habenti tunicam intelligamus dādam esse alteram. Vide Gre. hom. in euan. 20. Ex.

Quam constitutum est uo. faciatis.) Quod interpres pro πράσσετε vertit faciatis, significatione videlicet famosiore, poterat etiam exigatis dicere, quum de publicanis loquatur exactoribus vectigaliū. Nā πράσσω nonnunquàm exigo & cogo declarat. Sed illud generalius, hoc contractius, & euidētius. Petrus Chry. habet petatis. A. Ex. Bud. P. ser. 138.

Cuius uentilabrum in manu eius: & purgabit aream suam: & congre. trit. & cæt.) Docet hac metaphora bea. Iohannes, Christum data sibi potestate edituū inter pios et impios discrimē, ventilationēq; quadā tribulationum declaratuū, qui vt triticū mū dū excussis viciorū sordibus recōdendi sint in æternę secu-

securitatis horreũ: rursus qui vt paleæ omnis iusticię frumento vacui, ventilãdi sint in ęterni ignis supplicium. De ventilabro & area habes Mat. 3.

Herodes autem tetrar. quum corrip. Eundẽ hunc esse Herodem, cuius in præsentis ca. exordio euãgelista mentionem fecit, ex Mar. ca. 6. manifestum fit, vbi eandem hanc describens historiam Herodem fratrem Philippi nominat, sicuti be. Lucas.

Qui fuit Sela: qui fuit Cainan: qui fuit Arphaxad.) Hanc generationis successionem be. Lucas à 70. discidit Interp. secundum quos Arphaxad Cainan genuisse scribitur: quum iuxta hebręos Arphaxad Sela vel Sale, nullo interposito genuisse legatur, Gen. 10. & 1. Para. 1.

Ex capite IIII.

ET *agebatur in spiritu in desertum, in diebus* 40. *& tentabatur à diabolo.* Græca minus habent incommodi, præsertim quũ loco, & tentabatur, fit participij passiui particula πειραζόμενος, qua Latini caremus, absente etiam copula. Sic enim habent, καὶ ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον, ἡμέρας τεσσαράκοντα πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου: quorum verborum sensus ita reddi poterat. Et ductus est Spiritu in solitudinem, diebus 40. tentãdus à diabolo. Aduerte insuper in particulam, id est, ὑπὸ hoc loco & aliâs frequenter in arcanis litetis quasi superuacaneũ vsurpari. Vt in eo quod paulo post subiungitur, & regressus est, Iesus in virtute Spiritus, hoc est, virtute Spiritus in Galilæam. V.

In ueritate dico uobis: multæ uiduæ erant, &c.

nisi

nisi in Sarephtha Sidonis ad mu.uiduam.)Hoc quod Sarephthanæ per Eliam prophetam contigit, ficut & sequens illud quod per Elizæum circa Naaman Syrum gestum est,exempli gratia commemorat dominus,quo videlicet & Iudæorum gentiliũ suorum redarguat incredulitatẽ,& certissimum esse doceat, prophetam ferè in precio non haberi apud suos,& in solo suo natiuo. Hæc si necdum tibi satisfaciunt, reuolue euangelicæ lectionis seriem,& dictorũ prophetarum huc spectantes historias.

In potestate erat sermo ipsius.)Hoc est, potestati & autoritati coniunctus. E.

Scio te qui sis, sanctus Dei.) Græce sic legimus, οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ: quæ & ita iuxta sensum reddi poterant. Noui magnũ te esse, nimirum sanctum Dei.Nam ὡς interdum pro magno ponitur,hoc est,pro vno ὡς τῶν τυχόντων, non vulgari aut gregario. Alias quis. L.

Socrus autem Simonis.)Id est,vxoris Simonis mater,cui & Petrus gener erat. Maritus autem socrus, socer appellatur.

Et stans super illam.)Græce est,& stãs supra illam. Sentit enim astitisse & imminuisse mulieri:aut fortè astando incubuisse in illam. Simile est illud, stasu per me & interfice me.2.Reg.1. ἐπέστη Propriè supra.

Imperauit febri.) Græca vox ἐπιτιμάω propriè quidem increpo signat: verum ἐπετίμησε teste Euthymio,& hoc loco & alias pro præcepit positum est, vt non possit videri locusà scribis(vt nonnulli autumant) mutatus: qui offensi dandi casu,febri ex

incre

Increpauit feciſſent imperauit. De hac voce nonnihil & in Mat. dictum eſt ca. 8. ibi Surgens imperauit ventis.

Et *increpans non ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum.*) Bifariam accipi poteſt. Primo ſic, Propterea increpando ſilentium imponebat dæmonibus, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. Deinde ſic. Increpando dæmonia loqui & teſtari vetabat quòd ſcirent ipſum Chriſtum eſſe. Ideo autem, (vt modeſtiæ exemplum ſileam) ad tempus palàm innoteſcere, & prædicari, ſiue per dæmones, ſiue etiam per diſcipulos nolebat, ne diuina maieſtate prædicata, (vt Bedæ verbis dicam) paſſionis diſpenſatio differretur, & dilata paſſione, ſalus mundi, quę per hanc futura erat, negaretur. Secundum Theo. verò non ſinit dæmonia loqui, tum quòd non indigebat immundorum teſtimonijs, neq; enim ſpecioſa laus eſt in ore peccatoris: tum quòd nolebat accendi inuidiam Hebręorum, ex hoc quòd ab omnibus celebraretur. Quum autem dicitur, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum, & rurſum alioquãto ſuperius, Exibant autem dęmonia à multis, clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei, euidentiſsimum præſtatur argumẽtum Chriſtum Dei filium, quis eſſet, per miraculorum potentiam, atq; alia multa manifeſta diuinitatis ipſius indicia, ſicut ab hominibus ita à dæmonibus, & ab his fortè perfectius atque ab illis fuiſſe cognitũ: tametſi nõ ſim neſcius nõ deeſſe qui diuerſam huic ſententiam ſuſtineant. Quod ſi mihi obijcias D. Pauli teſtimoniũ, Si enim cognouiſſent nunq̃ dominum gloriæ crucifixiſſent, intellige primum illic non de principibus huius ſeculi, dæmonibus,

ἐπιτιμῶν, id eſt, increpans vel imperans.

Tu es filius Dei.

B.

1. Cor. 2.

bus, sed de mortalibus loqui Apostolum: deinde qa rursus obijcere potes in illis egisse dæmones, ipsos tamen nequaq; perfectè cognouisse mortis Christi mysterium, nec prænouisse sese illius supplicio, tantam sibijpsis conciliaturos damnationem.

Ex capite V.

DVc *in altum.* Hoc est, ad profundiorem stagni locum.

Ita ut mergerentur. Non ait vt submergerentur, sed mergerentur, hoc est, profundius siderent, & submersioni propinquarēt: nec enim submersi, sed tantum periclitati sunt. Quod autem in nonnullis latinis codicibus legitur penè, scito id ab explanatore quopiam adiectum esse, quò tolleretur sermonis incommodum. Au. in Io. cxxij.

Ex hoc iam.) Ex hoc, subaudi tempore.

Volo, Mundare. Disiunctim proferendum est, nā καθαρίσθητι, id est, mundare, vel potius mundator, iubentis vox est, passiui generis.

Præcepit illi ut nemini diceret.) Vide Matthæum capite octauo.

Offer pro emundatione tua sicut præcepit Moyses. Cuiusmodi fuerit oblatio leprosi mundandi atque mundati in Leuitico habes capite decimoquarto. Mittit autem ad sacerdotem, vt cuius fuerat iudicio iuxta legis præscriptum leprosus pronūciatus, & ab hominum conuictu semotus, eius quoq; iudicio decerneretur iam mundatus, eoq; & communi hominum contubernio dignus. B.

In

In testimonium illis.) Vere te esse mũdatum: non me esse legis præuaricatorem, qui iubeam offerri legale pro emũdatione sacrificium: me denique quouis sacerdote atq; etiam nũ ipsa lege esse maiorem, qui nõ modo dijudicare intra lepram & non leprã, verum & auferre possim, vel solo sermone cuiusuis morbi immundiciem.

Ex omni castello.) Κώμης non modo castellum, sed & pagũ, vicum, nonnunquàm etiam oppidum significat.

Non ueni uocare iustos, sed pec. ad pœ.) Iustos dicit eos, qui vel falsa iustitiæ persuasione, vel Mosaycæ legis obseruatione se iustos arbitrabantur: qui iuxta Apo. ignorantes Dei iustitiam, suamq; volentes
B. Ro. 10. a. constituere, iusticiæ diuinæ subijci nolebant. Aliter, non venit vocare iustos, quandoquidem nullos reperit iustos: omnes enim peccauerunt & egent gloRom. 3. c. Ibidem b. ria Dei: nec est iustus quisquam, nõ est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum. Item non veni vocare iustos ad pœnitentiam, sed peccatores.

Et nemo bibens uetus, statim uult nouũ: dicit enim uetus melius est.) Hoc ipso declarat, quàm sit difficile repentè nouam ac spiritualem doctrinam com-
B. E. mendare his qui iam diu veteri assueuerũt. Quemadmodum hebraico illi populo veteris legis ac diu seruatæ consuetudinis saliua imbuto difficillimum erat nouæ gratiæ instillare præcepta. Ita quidem cõmunis habet interpretatio: poterit tamen meo iudicio rectius hoc dictum ita intelligi. Nemo bibens vinum vetus, vbi audit expressum nouum, ilico cupit recens illud bibere, scit enim necdum potationi esse

esse accomodum: sed patienter expectat donec amplius matureſcat, & expulſis fecibus conclareſcat. Ita quoque doctrina euangelica non poterat repente animos hominum occupare, ſed neceſſe erat illam prius quodammodo matureſcere, ac per mira culorum fomenta inclareſcere, atq; ita demũ hominibus bibendam propinari. Et iuxta hunc ſenſum emphaſis ſita eſt in eo quod dicitur ſtatim.

Ex capite VI.

IN *ſabbatho ſecundo primo*. D. Iohan. Chryſoſto. Homi. 48 in Mat. hoc ſabbathum dicit ſecundo primum, hoc eſt, Δευτερόπρωτον appellari, quia quies & ocium duplex erat, tam ſabbathi domini, quàm ſolennitatis alterius ſuccedentis. Nec multum diſcrepat ab hac ſententia Theoph. ita ſcribens, Iudæi omne feſtum ſabbathum nuncupabant: nam ſabbath requiem ſonat. Sæpenumero igitur incidebat feſtum in paraſceuen, & vocabant paraſceuen ſabbathum propter feſtum. Itaq; quod propriè ſabbathum erat nominabant ſecundo primum, q. ſecundum eſſet ab altero feſto & ſabbatho q̃d præceſſerat. Eſt qui ſcribat hoc ſabbathum intelligi debere diem Paſchæ ſeptimum, quòd is fuerit primo in celebritate (excepto eſu agni) æqualis, atque ita veluti alter primus, vel prioris alter. De hoc verbo ſuum conſulens præceptorem Nazian. Hie. iocum potius, q̃ ſerium reſponſum tulit. Vide Hieronymũ, ad Nepo. epiſt. 2. Secundum Eucher. verò (cuius mihi ſententia magis placet) dies ille ſabbathi ita intelligitur vt obſeruatione noſtra ſecundus ſit, qui primus fuerat obſeruatione Iudaica.

Dominus est filius hominis etiam sabbathi.) Ita cõstruue. Filius hominis, etiam ipsius sabbathi dominus est, vt qui condidit posit & abrogare.

Secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum.) Eorum non refert prophetas, sed Iudæos à quibus, vt prædicitur, probris afficiendi erant Apostoli. Et secundum hæc, positum est pro, ad hunc modum, vel consimiliter, κατὰ ταῦτα. Bis autem ponitur hic versiculus, sed posteriori loco legendum arbitror pseudoprophetis iuxta Irenæũ, & græcorum & nonnulla etiam latinorum vetera exem. Beda ta
n. metsi legat prophetis, admonet tamen intelligendum de pseudoprophetis: vt hinc colligi possit eum cuius ipsum commentum sequitur legisse pseudoprophetis.

Qui te percutit in maxillam unam.) De hoc vide apud Mat. capite quinto g.

Peccatoribus fœnerantur.) Id est, mutuum dant, vt superius verterat interpres.

Benignus est super ingratos.) Hoc est, cõmodus & beneficus etiam erga ingratos: Quãquam χρηστὸς & multa alia complectitur, bonitatem, suauitatem, comitatem, probitatem, humanitatem.

Dicebat autem illis & similitudinem. Nunquid potest cæcus cæcum ducere. Nõne ambo *in foueam cadũt?* Nõ *est discipulus super magistrũ. Perfectus autem etc. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem aũt quæ in oculo tuo est non conspicis? etc. Non est arbor bona, quæ faciat fructus malos: neq; arbor mala, faciẽs fructus bonos. Vnaquæq; arbor, &c.* Quia domi

nus

nus noſter quatuor modò p̃miſerat dogmata dicẽs, Nolite iudicare & nõ iudicabimini: nolite condẽnare & nõ condẽnabimini: dimittite & dimittetur vobis: date & dabitur vobis: hæc quo magis infigeret animis audientium, ſingulis ſingula adhibuit exempla. Pro temerario in proximũ vitando cuiq; iudicio, proponit exemplum cæci ducis: offendere volens quantum id cum vtriuſque fiat periculo, ſi quis alium iudicet iniquum quum ſit ipſe iniquus. Aduerſus condemnationem, ſum̃ pſius qui magiſter eſt omnium adducit exemplum: qui dum damnaretur, ſuos iniuſtos damnatores quum potuiſſet nequaq̃ damnabat. Vt facilis ac paratus ſit quiſq; ad condonandam aliorum in ſe noxam: vult vnumquenque ſuorum potius facinorum expendere magnitudinem, quàm aliorum. Aduerſus tenacitatẽ, de qua dixerat, date & dabit vobis, arboris adducit ſimilitudinẽ, quę ſi bona ſit ſua ſpõte non niſi bonos legentibus profert fructus, ſin mala non item niſi malos: nimirũ hoc ipſo declarans, quòd quiſquis bonus fuerit, facilis erit ad benefaciendum quantum in ſe eſt omnibus: contra quiſquis malus, aut nihil tribuet, aut mala impendet. Poterunt tamen hæ ſimilitudines etiam indiſcriminatim ad omnẽ illam præmiſſam domini doctrinam accommodari.

Primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Qui fodit in altum.) Id eſt, in profundum.

Ex capite VII.

Qui erat illi precioſus. Hoc eſt, quẽ magni çſtimabat, vel quem vnicè colebat. τίμιος enim dicitur qui veneratione dignus, & in precio habetur, à τιμὴ, honor, precium.

n.

Tu es qui uenturus es.)Non quærit quasi ignorãs, sed vt discipulos suos de aduentu Christi certos reddat.

Pauperes euangelizantur.)idem quod in codice Matthæi hebraico est, עניים מבשרים id est,hu
n. miles beatificabũtur,vt ad verbum reddam, vel pau
Ca.10. peres fœlices reddentur.Aut,si mauis,euangelizantur,id est,lætum accipiunt nuncium.

Qui autem minor est in regno Dei maior est illo.) Id est, ego qui amplius me humiliaui in ecclesia præstantior illo sum. De hoc plura in Mat. dixi mus capite vndecimo.

Iustificauerunt Deum.)Hoc est,iustum declaraue
A. runt,seu confessi sunt aut honorauerunt. Iustificatur autem Deus dum homines iniustos sese & peccatores confitentur,id quod in primis fit in sacri susceptione baptismi, vt non ineptè subijciatur,bapti zati baptismo Iohannis.

Consilium Dei spreuerunt in semetipsos.)Id est, aduersus semetipsos. Sentit enim illos in suum malum respuisse Dei consilium. Poterit & aliter ordina ri,vt dicamus illos reiecisse Dei consilium quod erat
Nõ baptizati ab eo. in bonum ipsorum destinatum, recusantes baptisma Iohannis.

Et iustific.est sapie.)Vide Mat. cap.11.ibi,Cui autem similem?

Fœneratori. Inter fœneratorem & creditorẽ hoc interest,quòd ille mutuũ det ad vsuram,hic citra vsuram: & vtrunque sonat græca vox δανεισὴς. Verum ad allegoriam magis facit fœneratoris vocabulum.

Fœne-

Fœnerator quippe Christus est, qui talentum cõcreditũ cum vsura reposcit. Nec absurdum fuerit, imò fortasse vtroq; melius, si in vna voce simul intelligamus vtrunq;, & creditorem videlicet quia bona sua mortalibus committit & credit, & fœneratorẽ quia cõcreditum cum fœnore reposcit: quod si quãdoq; ijs, qui soluendo non sunt ad ipsorum preces condonet, in hoc vel maxime suam liberalitatẽ suamq; indulgentiam commendat, quòd etiam id remittat, vnde iure lucrum exposcere posset.

Vnguento unxit pedes.) Vnguentum non est illa compositio tenax, qua chirurgi vtuntur ad vulnera curanda: sed commistio quædam diuersorum odorũ addito oleo aut balsamo ad vngenda corpora, deliciarum causa inuẽta. Plura habes supra Mat. 26. C.

Ex capite VIII.

Maria quæ uocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant.) Ex eo quod Bea. Lucas hanc mulierem nominans nil meminit eorum quæ acta sunt per mulierem illã peccatricem capitulo proximè præcedenti, quin potius aliud de hac narrat, nimirum quòd ab ipso exierint 7. dæmonia, admodum probabile est alteram hanc fuisse ab illa. Vide infra Ioh. ca. 11.

Interrogabant aũt eum disc. eius quæ esset hæc par. Quibus ipse dix. Vobis datũ est nosse mysteriũ regni Dei, cæteris aũt in parabolis, ut uidẽtes nõ uideãt. Nõ mox interrogasse præsentibus adhuc turbis putandi sunt Apostoli: sed vt Mar. refert quũ esset singula tis, interrogabant eum ij, qui cum ipso erant 12. pa- Mar. 4.

rabolas. Ideo autem turbis negatum est nosse mysteria diuinorum operum circa genus humanum, quia non requirebant quemadmodũ Apostoli. Nõ requirebant autem, quia intelligere sese arbitrabantur: atque ideo indigni erant quibus diuina sacramenta panderentur.

Qui aũt secus uiam hi sunt. Et hic, & in eo quod sequitur, nam qui super petram, subaudiendũ est semi nati sunt, nam seminantur & agri. Qui secus viam seminati sunt, hi sunt qui audiunt.

Euntes suffocantur.) Euntes. i. in hoc mũdo versantes. Ponitur autem absolutè, nam quod precedit à solicitudinibus & diuitijs, cum suffocantur iũgendum est, vt liquet ex simili loco apud Mat.

Mat. 13. c. *Nemo autem lucernam accendens operit eam uase, &c. Non est enim occultum, quod non manifestetur.*) Ne quis existimaret mysteria Christi nunquàm ventura in publicum, ex eo quòd priuatim Apostolis illa referaret, non autem promiscuę multitudini, docet nunc hac metaphora doctrinã suam quam per lucernam designat, vnuersò tandem terrarum orbi esse manifestandam, nihilq; seorsim vnquàm traditum discipulis, quod non progressu temporis prosequendum esset in noticiam omnium.

O.

Videte ergo quomodo audiatis.) Quia dixerat dominus, promulgatum iri quod ipse discipulis suis prædicasset occultius, vult illos hic attentos esse ad mysteria intelligenda, quæ ipsi postmodum erant cęteris prodituri.

Qui enim habet, dabitur illi, et quicunq; non habet, &c. Ita cõiungi poterit hęc cũ clausula proxime pręcedenti

cedēti. Qñ vobis datū est nosse mysteria regni Dei, videndum vobis est ita audiatis vt adesse ac retineri vobis possint Ita enim fiet vt etiam copiosior vobis gratia impertiatur: quisquis enim habet dabitur ei. At quicunq; non habet,&c.

Et *fratres eius.* Fratres domini, cognatos accipere debemus, rametsi nō defuerunt qui secus senserint: quorū alij diuq; virgini Marię plures liberos tribuūt, alij be. Iosephum & alteram post matrem domini vxorem habuisse, ex qua proles genuerit autumāt. Verum vtrorumq; horū sententiā vt ecclesia respuit, ita post bea. Hieronymū & Beda improbat in Mar. cap. 6. scribens his verbis, Fratres, inquit, & sorores, eius, non liberi Ioseph aut Mariæ iuxta hæreticos putandi sunt, sed potius iuxta morem sacræ scripturæ cognati ipsorum sunt intelligendi, quo modo Abraham & Loth fratres appellantur, quum esset Loth filius fratris Abrahæ. Hic. aduersus Helui.

Et *complebantur.* Subaudi fluctibus, vt intelligas vndas vi ventorum irruisse in nauigium.

Increpauit uentum. ἐπετίμησε interpretans tum aliās tum supra ca. 4. verterat imperauit, sensum magis quàm verbum reddens. Idacius scribit, increpauit vento, ad verbum reddens.

Rogauerunt illum.) Subaudi Iesum, ne quis existimet hominem sanatum rogatum ab illis fuisse, vt abscederet ab ipsis.

Reuersus est.) In Galilęam, vnde egressus fuerat, vltra stagnum.

Iairus.) Penulti. producit propter diphthongon græcam, ἰάϊρος.

Affligunt. ἀποθλίβουσι, Id est, angustant.

Venit quidam ad principem.) Siue legamus ad principe m iuxta vulgatam editionem, siue à principe πρὸς τὸν ἀρχισυναγώγου, iuxta græcam editiõem, sensus ipse in idem recidet, si meminerimus græcanicæ eloquutionis forma à principe ita dici, pro eo, quod est à domo principis. Atque ita & à principe, hoc est, ab ipsius ædibus, & ad principem iam tum interpellantem pro filia dominum, venisse intelligendus est. Itaq; in vtraq; lectione relinquitur quod subaudiatur.

Ex capite IX.

NEque *duas tunicas habeatis.*) Simplicissima foret interpretatio si vnicam accipiamus vestem cõcessam fuisse Apostolis: verum quia hoc absurdũ iudicatur, maximè si de vno vestimenti genere accipiatur, constat ita potius accipiẽdum, vt mutatorias hic vesteis vetitas intelligamus, hoc est, duas eiusdem generis, quarum videlicet alteram armarium aut sarcina haberet pro mutatoria. Hac enim de causa vetuit Apostolis dominus ne quid deportarent in itinere, vt omnem ab ipsis rerum exterarum tolleret solicitudinem, cunctaq; secularis subsidij adminicula indicaret aspernanda: nimirum sciens nihil illis vnquã defuturum, si bona fide quæ acceperant mandata seruarent. Cæterum ἔχειν infinitum positum est vice imperatiui more græcanico.

Et inde ne exeatis. Mutãtes videlicet hospitium. Idem sensus est & in græcis etiam absente negatione, nisi quod aliud subaudiri debeat. Et inde exeatis,

exeatis, vel illinc exite, sub. in publicum causa prædi cationis, eodem tamen reuersuri causa hospitij. Beda tamen & Aug. addunt negationem. Eu. n. Au. in Speculo.

Puluerem pedum uestrorum excutite, in testi. supra illos.) Puluerem è pedibus excutere iubet, ad contestationem laboris terreni quem pro illis inaniter susceperint: aut vt ostenderent vsq; adeo se nihil ab ipsis terrenum quærere, vt etiam puluerem de terra eorum sibi non paterentur adhærere. Aug. li. qu. in Mat. quæst. 7.

In locum desertum, qui est Bethsaidæ. Bethsaida in Galilæa est, ciuitas Andreæ, Petri, & Philippi, iuxta stagnum Gennezareth, cui vicinum erat desertum. Vnde in græcis est (si modo ita scripsit euangelista) εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης βηθσαϊδά in locum desertum ciuitatis quæ dicitur Bethsaida. B. E.

Increpans illos præcepit ne cui dicerent.) ἐπιτιμήσας αὐτοῖς esse potest, comminatus illis. Amb. in crepandi verbo vtitur. n.

Qui enim uoluerit animam suam sal. fac. per. illam. Bifariam exponi potest. Primo sic. Qui voluerit viuere iuxta mundum hunc, perdet animam suam. Deinde sic. Qui animã suã perpetuò seruare voluerit, in præsenti seculo odiat oportet. Cæterum animam, vitam ipsam accipere possumus.

Ferè dies octo.) Notanter adiecit ferè, propterea quod 6. tantum dies integri quot beatus Matthæus numerat interceſſerint. Mat. 17. 2.

Excessum eius.) πλὴν ἔξοδον αὐτοῦ, Id est, exitum eius, nempe mortem. Euthy. admonet in nonnullis pro ἔξοδον, δόξαν scriptum fuisse: nam & crux ipsa,

gloria appellatur.

In magnitudine Dei. In magnificentia Dei, ἐν μεγαλοπρεπείᾳ.

Dies assumptionis. Quando assumendus erat ex hoc mundo. Vide etiam ne fortè dies assumptionis dies festus aliquis possit intelligi, quo Iudæi ascendebant Hierosolymam, illic oraturi & sacrificaturi, quo modo quotannis quater aut ter vt minimum facere iubebantur.

Non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ieru. Samaritæ, inqt, qbus inuisi erant Iudęi nõre ceperunt eum, propterea quòd scirent Christum & apostolos esse Iudæos, ex eo scilicet quod Ierosolymam peterent oraturi, quum contrà Samaritæ in monte adorãdum Deum affirmarent. Vide Hiero. ad Algasiam quæst. 5. Iohan. 4.

Nescitis cuius spiritus estis? Per contatiuè legi potest, tanquàm ita dicat. An ignoratis, quòd mansueti spiritus & ab omni vindicta alieni vos esse oporteat?

Et ait alter: Sequar te domine. Eundem hunc esse arbitror, qui paulò superius dixerat, sequar te quocunq; ieris, & audierat, vulpes foueas habent.

Renunciare his quæ domi sunt. Quod græcè legitur, πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου, propter articulum incerti generis anceps est ad, primum autem indulge hoc mihi vt valere iubeam domesticos meos, & ad sed prius permitte mihi, vt cedam rebus domesticis. Sed melius est vt simul vtrunq; intelligamus.

Ex

Ex capite X.

ET *neminem per uiam salutaueritis.* Prouerbiali schemate dictum apparet, quo significaretur instanter insistendum euangelicæ prædicationi, spretis his quæ quoquo modo remorari aut prępedire possent verbi diuini præconem. Ita quoq; Elizęus mandauit puero suo ne quem per viam salutaret. Festinato enim (vt inquit Amb.) iubebat eum conscendere, vt celebrandæ resurrectionis exequeretur officium, ne cõfabulatione alicuius obuij mandato flecteretur à munere. 4. Reg. 4.

Etiam puluerem qui adhæsit nobis. Capitulo proximè præcedenti expositum est.

Tamen hoc scitote quia appropinquauit regnum Dei. Quoniam præcesit, puluerem qui adhæsit nobis extergimus in vos intelligendum est, quemadmodum recipientibus apostolos appropinquare regnum Dei dicitur in beneficium, ita non recipientibus in præiudicium. Cat. ⊖.

Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Hoc discipulis de potestate accepta gaudentibus ingerit, vt Luciferi deiecti exemplo illos territans ab inanis gloriæ insolentia ad humilitatem reuocet. Quippe si illum ob superbiam à summa felicitate ad infimam miseriam commeminissent deiectum, agnoscerent proculdubio se de terra editos, si per data potestatem intumescerent, humiliandos. Secũdum alios verò, quia regressi discipuli retulerant ꝙ dæmo- B.

dæmonia sibi subijcerentur, respondit: Hoc & ipse sciebam, videbam enim è cœlo, hoc est, à gloria sua, quam hactenus in terra habuit, decidentem. Ante Christum enim vt Deus colebatur. Nunc autem de cœlo decidit, hoc est, de gloria sua, ne colat vt Deus, neq; habeatur perinde ac si in cœlo habitet.

Etiam pater, quoniam sic.) Etiam ναὶ, nõ coniungentis, sed asseuerantis particula est.

Pe. *Stabulum.*) A stando dicitur, significatq; nõ perpetuò caulam pecudum, vt vulgus putat, sed hominũ diuersorium, siue hospitium.

Dedit stabulario.) Quemadmodum, stabulum propriè hospitium signatrita stabularius hospitem viatores precio excipientem.

Suscipiens autem) ὑπολαμβὰν, id est, respondens. Siquidem ὑπολαμβάνειν aliquoties sermonem accipere, & respondere significat.

In quoddam castellũ. Nẽpe Bethaniam, id quod colligitur partim ex illo quod sequitur, Et mulier quædam Mar. no. ex. il. in do. s. partim ex verbis Iohann. 11. Erat quidam languens Lazarus à Betha. de cast. Marię & Mar. De significantia castelli habes Matthæi 14.

Vnum est necessarium.) Iuxta simplicem literę sen sum dicit non multis ferculis opus esse, sed pauca sufficere ad refocillationem susceptí hospitis.

Ex capite XI.

Mat. 6. b. *Cotidianum.*) Græcè est ἐπιούσιον quod magis sonat supersubstãtialem, vt vertitur apud Mat. teste etiam Augustino, sermone de verbis eũ.

28. Quanq̃ Eraſ. magis putat craſtinum ſignificare. Cyprianus cõmuni more legit cotidianum, ſer. 6.

Et erat eijciens dæmoniũ.) Quod ad conſequutionem ſermonis attinet, quia & orandum docuerat, & Spiritum bonum poſcentibus promiſerat: ad hęc ipſa congruens ſubinfertur exemplum, quo & orãdi impedimentum, quę loquendi impotentia eſt auferetur, & pollicitationis effectus conceditur.

Filij ueſtri.) Diſcipulos ſuos loquitur.

Beelzebub.) Beda admonet hoc nomen per b in fine ſcribendum, non per l, nec per d, iuxta quędam mendoſa exemplaria. Scribitur autem hebraicè בעלזבוב baalzebub, interpretaturq; iuxta Hiero. deuorans muſcam, quo nomine Acaronitarũ idolum vocabatur, de quo legitur 4. Reg. pri. ca.

Si in digito Dei.) Quemadmodũ Filius Dei, brachium appellatur: ita Spiritus S. digitus dicitur.

Quinimò. Beati qui audiunt uer. Tãquam ſi dicat. Matrem ac geſtatricem verbi prædicas beatã, quod equidem non negauerim. Verum non minus beati fuerint quicunq; idem illud verbum corde ſuſcepetint, ac ſeruauerint.

Salomon hic. Vide Matt. 11. Ecce plus q̃ Iona hic.

Sub modio. Modium pro vaſe poſuit.

Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem nequam fuerit, etiam corpus tuũ tenebroſum erit. Nemo lucernam accendit.

Quod ſupra dixerat dominus, nemo lucernam accendit & in abſcondito ponit, ſui ipſius claritatem, veritatemq; in omnium noticiam proferendam indica-

dicabat, quòd vt per lucernam domum illuminantem declarauerat, ita nunc idipsum per humani corporis oculũ manifestat. Quod enim domui lucerna, hoc oculus præstat corpori. Sensus itaq; talis est. Quẽ admodum oculus simplex, hoc est, syncerus nulloq; operimento implicitus, lucis suæ beneficium communicat toti corpori: contrà autem oculus malus & excęcatus, totum corpus reddit tenebris obnoxium, ita Ch. Dei Filius quasi in ędito positus, vitæ, doctrinæ, & gratiæ suæ fulgore vniuersum illuminat mundum: qui si lucis suæ radios abscondisset, mundum vtiq; necesse erat in ignorantiæ ac peccatorum tenebris permansisse.

Vide ergo, ne lumen quod in te est tenebræ sint. Hoc est, vide ne me, qui lumen vobis adsum, pro tenebris habeas. Vel, vide ne oculus mentis, quo verum mundi lumen cernitur, ab hoc lumine contuendo propter incredulitatem impediatur.

Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partẽ tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Quod ad grãmaticæ rationem attinet, ita sermo ordinandus est. Ergo, quia dixi videndum ne lumen quod in te est tenebræ sint, si totum, hoc est, integrum corpus tuũ propter syncerum oculum lucidum fuerit, nec habuerit aliquam partem tenebrarum, non modo erit totum lucidum, verum etiam sicut lucerna fulgoris, id est, sicut lucerna lucidissima, illuminabit te. Gręca tamen vt nunc quidem habent nonnihil discrepãt à Latinis. Ita enim legimus: ἐὰν οὖν τὸ σῶμά σου ὅ-

λον φωτεινόν, μὴ ἔχον τι μέρος σκοτεινόν, ἔσαι φωτεινὸν ὅλον, ὡς ὅτ' ἂν ὁ λύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃ σε. Quæ si quis ad verbum transferat, sic resonabunt. Si ergo corpus tuum sub. est, nõ habens aliquam partem tenebrosam, erit lucidum totum, veluti quum lucerna illuminat te. In summa autem hoc vult intelligi, quòd quisquis verum fidei, siue euangelicæ doctrinæ lumen habet, non est quod metuat necubi tenebras in anima patiatur.

Quare non baptizatus esset ante prandium.) De Christo loquitur, quem admirabatur Pharisæus, q illotus accamberet, præter morem Iudæorum: ne quis putet aut de se, aut de baptismi sacramento, loqui Pharisæum.

Catini. Catinus vel catinum, vas est escarium.

Quod superest date eleemosynam. Græcè est τὰ ἐνόντα, hoc est, ea quæ insunt, nimirum facultates quę residentac dominantur in corde tuo, has inquã per eleemosynam erogate pauperibus, vt vnam cũ superfluis diuitijs etiam auari cordis ponatis affectum. Vel ita construe. Idipsum quod necessariæ sustentationi supereſt, date eleemosynam: vt sit quędam prosthesis, ὃ quod supereſt, ad eleemosynam. Beda etiam hoc pacto interpretatur. Quod, inquit, tam multo scelere præoccupatis solum remedium restat, date eleemosynam.

Decimatis mentam. Id est decimas exigitis vel etiã datis, mentæ & rutæ. Decimare enim dici potest tã qui accipit, quàm qui dat.

Ita

Ita dico uobis.)Ναὶ, quod ita vertit interpres idē est, quod aliâs hebraicè dicitur amen.

Requiretur ab hac gene. Sub. sanguis omnium prophetarum, vel sanguis Zachariæ.

Insistere, & os eius opprimere. Horum loco duæ tantū voces sunt in archetypo ἐνέχειν, quod signat vrgere, insistere, iniuriarū tenacē esse: & ἀποστομίζειν quod secundum quosdam signat pendere ab ore: secundum alios, captiosè interrogare, id quod magis quadrat cum eo quod infertur, de multis. Theophy. item ἀποστομίζειν, bifariam interpretatur: primum frequenter interrogare, & perplexum reddere, quod fieri solet, quando plures interrogant vnum, de alijs atq; alijs argumentis: deinde illaqueare, & ob testimonium oris quem apprehendere. Euthymius verò ἀποστοματίζειν legit, id est, ab ore interrogare, quod significat, inquit, extemporales & non consideratas responsiones dolosarum interrogationum expetere. Est & tertium verbis his non dissimile, quod vetus interpres legisse videtur nempe ἐπιστομίζειν id est, os occludere: quanquàm & id ἀποστομίζειν significare potest.

Ex capite XII.

ITa *dico uobis.* Id est, amen, vel verè dico vobis.

Dipondio. Dipondius & dupondius, vel um, ex duobus assibus constat, qui & numus bilibris dicitur. Vnde ab euāgelista ἀσσαρίων δύο scriptū est, assibus duobus. De asse apud Mat. diximus ca. 10.

Ait autem ei quidam de turba: Magister dic fratri meo ut diuidat mecum hæreditatem. Quum nil præcedat

cedat cui aptè præsens locus respondeat, apparet intempestiuè hunc hominem interpellasse saluatorẽ, ipsiusq; interturbasse sermonẽ. Quanquàm D. Am. huic cum præcedenti argumento nonnullam tribuere conetur cõcatenationem, dum ita scribit. Totus, inquit, hic locus ad subeundam pro confessione domini passionem, aut contemptu mortis, aut spe p̃mij, aut mãsuri denunciatione supplicij, cui nunq; venia laxetur, instruit. Et quoniam auaritia plerũq; solet tentare virtutem, etiam huius abolendæ & præceptum subijcitur & exemplum, dicente domino, quis me cõstituit iudicem, aut diuisorem supra uos.

Quia non in abundantia cuiusquam, uita eius ex his quæ possidet. Id est, non propterea quis viuit diutius, If. quòd amplas habeat facultates.

De structuram horrea. ἀποθήκη, non solum horreũ, sed etiam omne reconditorium declarat.

Cellarium.) A celando dicitur repositorium, in q̃ C. conduntur ad victum necessaria.

Fœnum.) Ex scripturæ consuetudine, pro herba positum est.

Nolite in sublime tolli.) Id est, ne curetis ea quæ supra vos sunt, vel ne sublatis in altum oculis sublimia sectemini: id enim propriè declarare putant μὴ μετεωρίζεσθε. D. Aug. tamẽ de superbia accipit. Euthy. vero per antiphrasin interpretatur, μετεωρίζεσθε inquiens hic mihi intellige à cœlestibus distrahi ad terrena. Est præterea qui hanc vocem translatitiam hic esse admoneat, ad declarandam affectatam æstimationẽ, putatq; hoc dictum respondere ei q̃d apud Mat. est, ca. 6. aut quo operiemur, & diuites ostentẽt

μετέωρα, sublimia.

Aug. in quæst. euã.

ſeſe ſplendido habitu procedentes in publicum.

Veruntamen quærite.) Mollior in græcis eſt continuatio, per δὲ πλὴν quod hic eſſe poterat verum, vel quin potius. Nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis: quin potius quærite regnum Dei. Porro quod ſequitur in nonnullis, & iuſtitiam eius, ex Mat. huc translatum eſt.

Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes.) Hoc eſt omnibus modis eſtote parati, vt quaſi lucernis accenſis præuidere ac ſuſcipere poſſitis domini ſaluatoris noſtri aduentum.

Amen dico uobis quòd præcinget ſe, & faciet illos diſ. & tran.) His verbis nihil aliud datur intelligi, quàm quòd ampliſſimam mercedis retributionem dulciſsimamq; ſuſcepturi ſint pro ſolicitudine quietem, quicunq; adueniente Chriſto reperti fuerint ſtrennui ac vigiles in operibus bonis.

Ait autem ei Petrus. Domine ad nos dicis hanc parabolam an ad omneis? Dixit autem dominus. Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens. Ab hoc euangeliſta prætermiſſum apparet, quod dominus huic reſpondit interrogationi. Nam ea, quæ ſubijcit domini verba, equidem non video quid faciant ad interrogationẽ apoſtoli: niſi quòd ſeries ipſa ſermonis indicat ea tantũ ad apoſtolos eorũq; ſucceſſores, diſpẽſatores ac ſacerdotes, ſaluatorẽ direxiſſe. Verũ quod hic ſubticetur aut certè tectè inſinuatur B. Mar. manifeſtius expreſſit, nimirum parabolam de ſeruorum vigilantia pertinere prorſus ad omneis, dicens. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. Poteſt etiam dici, quòd dominus hac interrogatione, quiſnam

Mar. 13. d.

nam fidelis est dispẽsator &c. indicarit raritatẽ eorũ, ad quos verè pertineret ea parabola, quanquàm ser mo alioqui ferretur ad omneis.

Vt det illis. Illis refert antecedens familiam: voce quidem singulare, sed plurale significatione. Vt det sub. fidus ille dispensator familiæ, seu potius θεραπείας, id est, famulitio domini sui cibum in tempore.

In temp. tritici mensuram. Huius loco Matt. habet cibum in tempore, idem sentiens quod Lucas. Nam σιτομέτριον quo verbo Lucas vtitur, à cibo siue etiam frumento & mensura dicitur, quod Latini vnico item verbo dimensum dicimus. Olim autem quaternos frumenti modios quolibet mense serui à dominis suis accipere soliti erant, idq; siue à dimetiendo, siue à mense, dimensum appellamus. Ad hanc igitur consuetudinem respexit dominus, quum dicit: vt det illis in tempore dimensum. Reliqua in Mat. exposita sunt. Mat. 24. d Le.

Et fecit digna plagis, vapulabit paucis. Apud græcos illud plagis quum genitiui casus sit, non potest construi nisi cum digna, sed in vtroq; multis & paucis, subaudiendum relinquitur plagis.

Ignem veni mittere in terram, & quod volo nisi vt accendatur? Baptismo autem habeo baptizari, & quomodo coartor, usq; dum perficiatur?) Sentit de feruore & zelo charitatis, quem habituri erant apostoli cęteriq; fideles ad propagandum

æternę salutis euangelium. At non prius hic feruor idęq; salutis euangelium latius erant proferenda ad innumeras regiones, quàm tinctus esset Christus propriį sanguinis vnda: A qua intinctione non so-
E. lum non abhorrebar, sed amore ac desiderio angebatur & solicitus erat vt quàm primum perficeretur. Potest etiam illud, & quomodo coartor vsq; dum perficiatur, accipi, vt perinde valeat quasi dixisset. Vehementer constringor & angor tum humanę conditionis miseriįs, tum passionis meæ cruciatibus: nec me deserent donec per mortem fuero consummatus.

Socrus in nurum suam. Socrus, vxoris mater: nurus vxor filij est.

Nimbus uenit. Id est, pluuia, vel potius hymber.

Noſtis probare. Id est dijudicare, & argumentis discernere, δοκιμάζειν.

Quid autem & à uobis nõ iudicatis quod iustũ est. Id est, Quur non etiam ex vobis ipsis quid iustum sit iudicatis?

Quum autem uadis cum aduersario tuo ad principem in uia, da operam liberari ab illo, ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.) Reprehenderat modò Iudæos, quòd non iudicarent quod iustum esset: hic ostendit iustius esse condonare noxam aduersario, & quoquo modo expediri ab illo, quàm litem cum illo suscipere apud iudicem. Nam qui aliũ ad iudicium pertrahit, periculo sese cõmittit ne à iudice

dice tradatur delatorum examinatori, & ab hoc (si quid criminis deprehensum fuerit) conijciatur in vincula. Quo si res processerit, non restituetur donec etiam ꝑ minutissimo admisso fuerit satisfactū. Vult etiam his verbis Christus, nos operam dare dū sumus in huius vitæ itinere, vt liberemur ab aduersario nostro diabolo: ne si cum illo & illo instigante imus ad tribunal principis, nostrum condemnet errorem: vel, ne tradat nos tortoribus in ęternū cruciandos. Vide supra Mat. 5. Esto consentiens.

Ex capite XIII.

Aderant aūt quidam ipso in tempore nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Galilæi erant natione, cultu aūt & professione, Iudæi: quos præses Iudæę Pilatus infra terminos, (vt verisimile est) tetrarchiæ suæ cōprehensos ob impia sua facinora occidi iusserat: nec id simpliciter, sed in contemptum Iudaicarū victimarum ita interimi mandarat, vt sanguis ipsorum vnâ misceretur cum sanguine pecudum quę in sacrificium erant immolandæ. Horum itaq; necem tam crudelem, quidam Christo renunciauerunt, cupientes hac de re ipsius audire sententiā. Cætera quę de criminis genere feruntur, ob quod taliter in illos animaduersum est, qa & varia sunt & à multis apocrypha habentur, duximus silentio prætereunda.

Sicut & illi decē & octo, supra quos cecidit turris in Siloab. De his narrat, q̄d quū turrim quandam extruerent in ciuitate aut loco Siloah nuncupato, repentino casu eiusdē turris suis id exigētibus meritis

oppressi sint, impiam vitam crudeli morte finientes.

Et *siquidem fecerit fructum, sin autē &c.*) Subest huic loco figura propriè apoſiopeſis dicta, quòd plureis dictiones ſubaudiri neceſſe ſit. Hoc autem modo, aut ſimili ſuppleri poterit, Et ſiquidem fecerit fructum ſuccisione indigna probabitur: ſin ſecus in futurum ſuccides eam. Similis figura eſt & apud Terent. vbi ait: Quem ego, ſi ſenſero. Quē ego ſub. acerrimè puniam, ſi ſenſero ſuæ fallaciæ quicquam machinari, aut quid ſimile.

Quæ habebat ſpiritum infirmitatis. Spiritum infirmitatis mulierem habuiſſe dicit, quia malignus ſpiritus hac eam infirmitate alligarat, quemadmodum ſaluator ipſe in ſequentibus teſtatur, dicens: Hanc filiam Abrahæ quam alligauit ſatanas.

Dicite vulpi illi. Herodem vulpē appellat, quòd verſutia humana crederet ſe aliquid poſſe aduerſus conſilium Ieſu.

Ecce eiſcio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die conſummor.) Quum dicit hodie & cras paucis adhuc diebus operaturum ſe patris ſui opera declarat, ac deinde per mortem conſummandum.

Verūtamen oportet me hodie & cras & ſequenti die ambulare, quia non capit prophetam perire extra Ier.) Phariſæi Chriſto perſuadere nitebantur vt abduceret ſe extra Galilæā à conſpectu Herodis ipſum occidere molientis. Chriſtus autem, quò declararet nihil ſe metuere Herodis malitiam, nec ob hanc citius relicturum Galilæam: ecce, inquit, ſanitates perficio,

ficio, & dæmones eijcio hodiè & cras, & tertio die etiam ipse perficiar & consummabor. Verùtamen his diebus proficiscí me Ierosolymam oportet, quę extra Galilæam est, non quòd metuam, sed quòd nō conueniat (id enim sonat, non capit) prophetam perire extra Ieruſalem, hoc est, alibi quàm Ierosolymis. Potest etiam illud non capit, hoc est, ὠρίχετῃ interpretari, fieri nequit, propterea quòd ita præfinitum sit à Patre, vel non licet, vel vsu non venit. Phrasis est græca qua vtitur & Iren. li. 3. c. 11.

Ex capite XIIII.

Villam emi.) Græcè est ἀγρὸν quod rus sonat latinè, vel villam, hoc est, domum extra vrbē. Sentit autem hoc loco prædium illud, quod vulgari lingua dicimus, een pacht hof oft een hoeue. Vnde & villicus dicitur quem vocamus, een pacht tenere oft een hoeuenere.

Iuga bouem emi quinq;. Ζεῦγος anceps est vocabulum. Potest enim significare ligneum illud siue coreaceum instrumentum quo boues iugantur, vel par boum, siue aliorum iumentorum vehiculum. Verum præsenti loco magis congruit, vt de boum paribus accipiamus. Atq; ita etiā iuga pro paribus μεταλήψει accipere possumus.

Quis enim ex uobis uolens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus &c. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius co. &c. Sic ergo omnis ex uobis qui non renunciat omnibus quæ possidet, non

potest m.es.disci. Non video, qui rectius cõstet comparatio, quàm vt accipiamus ad hũc modum. Quẽadmodum is, qui turrim aliquam extruere parat, & is qui expeditionem aduersus hostem suum adornare cogitat, prudenter ac maturè sibi pro sui vterq; instituti conditione consulit ac prospicit, ita sibi prudenter consulere debet quisquis perfectus Christi cupit esse imitator, & in turri bonorum operum construenda feliciter laborare, & in militia spirituali gnauiter ac fortiter cupit dimicare. Tunc autẽ optimè hic sibi consuluerit, si omnia auersetur ac deserat huius negocij impedimenta, si prompto animi affectu renuncier cognatis, amicis, parentibus, diuitijs, atq; adeo omnibus quæ perniciosè possidere posset.

Bonum est sal. Si autem sal quoque euanuerit, in quo condietur? Neq; in terram neq; in sterquiliniũ utile est. Per salem, doctrinã Christi intelligere possu
C. mus, quo quisquis semel fuerit imbutus si in ipso pereat huiusmodi salis vigor, nec sibi iam nec alijs ꝓdesse poterit ad consequendam salutem. Et quem admodum sal fatuum redditum neq; alio sale condiri potest, neque vtilis est terræ, nec accommodum lętamini, (adfert enim sterilitatem) ita qui post agni
B. tam veritatẽ retrocedit, neq; ipse fructum boni operis ferre nec alios valet excolere, sed foras mittendus est, id est, ab ecclesiæ vnitate secernendus.

Qui habet aures au.) Ad superiora referendũ est.

Ex capite XV.

P*Ostquam omnia consummasset.* i. cõsumpsisset: est enĩ δαπανήσαντος à δαπανάω cõsumo.

Sto-

Stolam primam.) Stola vestimenti genus est, vsq; ad imos pedes demissi. Ca.

Ex capite XVI.

Qui habebat villicum.) Villicus propriè villæ, hoc est, prædij extra vrbem, gubernator est: græcum autem vocabulum œconomus generalius est, nimirum quemuis dispensatorem signans, ab οἶκος domus, & νέμειν distribuere quòd rem domesticam dispenset. H. E.

Quasi dissipaßet.) Pro veluti dissipasset, vel tanquàm dissipator.

Villicationis.) Oeconimias, dispensationis.

Villicari.) Vel villicare, est villę dispensatorē agere, cuius loco est οἰκονομεῖν gubernare siue dispensare.

Cautionē. Id est, literas, vel tabulas supputatorias. Repertorium et inuentariū à iureconsultis vocatur.

Villicum iniquitatis.) Vocat villicum siue dispensatorem iniquum, atque iniustum, idq; ex consuetudine sermonis hebraici.

Filij huius seculi prudẽtiores filijs lucis in generatione sua sunt. Dupliciter accipi potest. Primo vt intelligamus filios huius seculi astutiores esse in sua generatione, vt prouideant sibi in vita temporali: quàm sint filij lucis in sua, vt prouideāt sibi in vita cœlesti. Aliter, vt intelligamus filios huius seculi in temporali hac generatione prudentiores esse, quàm sint filij lucis. Filij autem lucis & filij seculi appellātur, quòd illi lucis, hi seculi opera faciant. Porrò generatio, id est γενεὰ, hoc loco vitam siue vitæ tempus declarat: alioqui γενεὰ idem est, quod genus, & progenies.

De mammona iniquitatis.) Id est, de perniciosis diuitijs: vtpote, quæ homines ad iniquitatem impellant. Mammon enim diuitiæ interpretatur.

Quũ defeceritis. Quum huic vitę finem dederitis.

Si ergo in iniquo mãmona fideles non fuistis, quod uerum est quis credet uobis.) Hoc est. Quod si in falsis huius seculi diuitijs fideles non fuistis, quod verum est mammon, id est, spiritualia quæ longè his præstantiora sunt, quis audebit committere vobis? Sequitur,

Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est quis dabit uobis?) Perinde est ac si dicat, Si vos infideles estis alijs, fiet similiter, vt alij vobis sint futuri infideles. Quibus verbis hoc vult intelligi, quod sicut nos fideles fumus in concreditis ad tempus huius seculi bonis, ita suo tempore Christus plusquam optima fide restituet, quæ apud ipsum spiritualia bona nobis sunt depositа.

Be. *Lex & prophetæ usq; ad Iohannem.*) Disputãtem contra auaritiam saluatorem Pharisæi deridebant, quasi contraria legi prophetisq; præciperet, vbi multi & ditissimi fuisse, & tamen Deo placuisse legerentur. Quibus ille occurrens his ac sequentibus verbis non minimum interesse inter legem & euangelium ostendit. Quum autem dicit lex & pro. vsque ad Io. non sentit legem ac prophetas exinde defeciisse, sed non potuisse vltra venturum prænunciari, quod Iohannis præconio iam clarebat venisse.

Ex eo regnum Dei *euan.*) Ex eo, subaudi Iohannis Baptistæ tempore.

Omnis qui dimittit uxorem suam, et aliam du. mœc.

Hoc

Hoc vnum ex ipsa lege veluti exempli gratia adducit testimonium, quo doceret non ad abolendam sed ad absoluendam perficiendamq; se legem aduenisse.

Homo quidam erat diues qui indue. pur.) Quod ad narrationis continuationem attinet, quoniam paulò ante proposita œconomi astuti parabola cohortatus fuerat ad faciendos amicos de mammona iniquitatis, qui quum ab hac defecerimus vita, recipiant nos in æterna tabernacula, id quod auaritiæ dediti Pharisæi deridebant, exemplo idipsum nunc astruit, ostenditq; ideo diuitem holocericatum irremediabiliter apud inferos cruciari, quia pauperem Lazarum à quo in vitę tabernacula recipi poterat, amicum sibi facere contempsit. E B.

Chaos.) χάσμα, id est, hiatus, vel vorago. Teutonicè een onderstant oft afgront dicere possumus. Chaos cõfusionem signat. Hoc dictum à χέω fundo: illud à χαίνω hio. Chaos, inquit, Lactan. est rudis inordinataq; materiæ confusa congeries. E.

Ex capite XVII.

ET *ait ad discipulos suos: Impossibile est ut nõ ueniant scandala.*) Hic locus ad superiora illa respicit, vbi dominus de eleemosyna danda loquutus à Pharisæis irridetur. Qui enim recta loquentem viderat, scandalum profectò, id est, offendiculum & ruinam pusillis præbet: qui scilicet adhuc nesciũt incrementa virtutum. Vide Matthæum capite decimo octauo.

Atten-

Attendite uobis. Ne exoriantur offendicula, & ne vos in offendicula ab impijs oblata, impingatis.

Is. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis.* Hoc est, si rantæ vehementiæ fidem habueris: tamq; incendentem vos ad charitatem Dei & proximi, quàm incēdit corpus sinapis deuorata. Cætera habes Matthæi decimoseptimo.

Quis uestrum habens seruum aran. aut pas. qui regresso de agro dicat illi: Statim transi & re. & non dicit illi: Para quod cœnem, &c. Nūquid gratiam habet seruo il. quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto.

E. in diat. Huius parabolæ summa est, vt simpliciter obedientes iussis diuinis strennuè nostro fungamur officio, nec tamen hinc quicquam laudis nobis ipsi vindicemus.

Interrogatus autem à Pharisæis quando uenit regnum Dei, respondens eis dixit: Non ueniet regnum dei cum obserua. &cæ. Quoniam dominus frequentius regni Dei meminerat, Pharisæi existimantes de temporali eum loqui regno, in quo gens Iudaica cęteris nationibus imperaret, interrogabant quando venturum esset hoc regnum. At Christus quoniam non de temporali Israhelis regno restituēdo, sed de spirituali & æterno fuerat loquutus, ostendit huius regni tempus quo perfectè restituetur & cōsummabitur nulli prorsus esse cognitum: sed ex inopinato superuenturum, quando minime obseruabitur: interim tamen manifestans regnū hoc iam tunc fuisse inchoatum, quū huius imperator mundo cepit innotescere, & inter homines atque in hominum cordibus

Regnum Dei intra vos.

dibus fide illustratis diuersari. B. Cyrillus per illud regnum Dei intra vos est, tradit donum Spiritus S. & regenerationem significari. Eucherius duobus modis alijs hoc verbi exponit, ita scribens. In vnoquoq; probonorum malorumq; actuum discrepãtia, aut Deus regnat, aut diabolus: vt cuius volũtatem opere procurat eius imperio videatur esse subiectus. Potest & fides regnum Dei dici, qua itur ad regnum. Hæc ille. In Thesa. li. 2. c. 4.

Venient dies quando desideretis uidere unũ diem filij hominis et non uidebitis. Et *dicẽt uobis ecce hic, etc.* Manifestat his verbis saluator noster initiãtis regni sui statum atque progressum, dicitq; Apostolis suis magnam imminere persequutionem: multos quoque pseudoprophetas exorituros: qui multos perueršа sua prędicatiõe seducent: ita vt fideles magna eũ animi expectatione videre desideraturi sint diem vnum filij hominis, hoc est, cãdidum diem aliquem ac lætum: verum non dabitur illis donec vitam hãc cum morte commutauerint. Atq; ita consequenter omnia de statu ecclesię exponi possunt, etiã vsque ad ca. huius finem. Nec minus tamen commodè, & fortè commodius poterunt eadem etiam de extremis illis ante iudicium diebus accipi, quemadmodum communius exponi consueuerunt, & sensus per se satis obuius est.

In illa hora, qui fuerit in tecto, & uasa eius in domo descendat tol. Hoc quomodo accipiendum sit ex his quæ in Mat. diximus ca. 24. cognoscere potes. Locus incipit, Tunc qui in ludæa sunt.

Duo erunt in lec. uno, u. aſ. & al. re. & c. His verbis cle-

electorum & reproborum (vt in Mat. diximus) assumptio & reprobatio significatur.

9. *Vbi domine? Qui dixit illis: Vbicunq; fuerit corpus illuc congregabuntur & aquilæ.*) Simplicius erit si illud vbi, pro quo positum accipiamus, hoc modo. Quo domine assumentur illi? Discipulis ergo interrogantibus, per ænigma respondet dominus, dicēs. Vbicunque fuerit corpus: quo significat, quòd sicut filius hominis Christus vna cum corpore sublatus est in cœlum, cum eodem rursus apparaturus in iudicio: ita electi ferentur obuiam Christo in aëra, cum domino æternùm victuri. Beda autem, particulam illam vbi, ambiguè accipit: quasi duo interrogarint Apostoli quo nam assumendi electi, & vbi relinquēdi reprobi: quorum alteri responderit dominus, alterum subintelligendum reliquerit. Sanctos enim inquit, secum futuros asseuerando, reprobos verò à sua visione secernendos, & ideo non alibi quàm cum diabolo damnandos insinuat. Vbicunque ergo fuerit dominus corpore, illo congregabuntur electi, qui eius passionem humilitatemq; imitādo tanquàm de eius carne saturantur, quorum per resurrectionem renouabitur vt aquilæ iuuentus.

Ex capite XVIII.

Dicebat autē & para. ad illos quoniam op. sem. ora. &c. Iudex quidam.) Nunc de oratione parabolā proponit, vt doceat in periculis & aduersitatibus, de qbus capitulo p̄cedēti meminerat, tutissimū esse confugium, cōtinuis insistere precatiōibus. *Ne in nouissimo ueniens fugillet me.*) Hoc est, vt inter-

interpretatur Augu. ne sibi ab illa tædium fieret: vel ne in fine veniens detrahat mihi: id enim signat, ἵνα μὴι εἰς τέλος ἐρχομένη ὑποπιάζῃ. Quãquàm ὑποπιάζειν non solum detrahere, sed etiam vituperare & derogare hocioco significare potest. Et sugiliare est detrahere, deridere, accusare, & reprehendere. A. li. quæs. euã. 2. c. 45

Veruntamen filius hominis ueniens.) Si ad contextus seriem respicimus, quæ immeditatè præcedunt ad nouissima tempora referenda sunt: atque ita aptè respondebit quod hic dicitur, veruntamen filius, &cæ.

Iustificatus in do. ſ. ab illo.) Ab illo, positum est pro, præ illo, siue, magis quàm ille. Est enim græcè ἢ ἐκεῖνος.

Sicut puer.) Id est, effectus puero similis. Locum hunc explicuimus in Mar. ca. 10.

Quid me dicis bonũ? Nemo bonus, nisi solus Deus. Non hoc dicit, tanquam non agnoscens boni cognomẽ quatenus Deus erat: sed diuitem rẽdarguẽs, qui bonitatem ei tribuerit quem purum hominem credidit, quum boni vocabulum prorsus in neminem competat, nisi in solum Deum, qui propria essentia bonus est. E.

Recipiat multo plura in hoc tempore.) Quę hic recipimus, spiritualia intelligẽda sunt charismata gratiarum.

Ex capite XVIIII.

PErambulabat Iericho.) Perambulabat διήρχετο, hoc est, pertransibat Iericho, ne vagabundum ubi-

arbitretis inambulasse per vicos ciuitatis.

Arborem sycomorum. Sycomorus dicitur à σύκον ficus, & μωρὸς fatuus, quòd ignaui fit saporis, vt docet Dioscorides. Explicat hunc locum eleganter beAu. ser. de ver. Apo. 8.

Eo quòd & ipse filius sit Abrahæ.) Græca ambigua sunt ita quod ὅ filius posit etiam referri ad do-
n. num, quod illis est masculini generis. Verum quum ex ipso contextu, tum ex veterum interpretum consensu liquet potius ad Zachæum referendum, quàm ad domum.

Exegissem illud.) Interpres vertens illud neutro
n. genere, respexit ad præcedens, vbi dicitur quod non posui & quod non seminaui. Cæterum apud græcos demonstratiuum hoc congruentius ad pecuniam refertur. Subaudiendum autem hic est à nummulatijs, id quod Orige. subindicat, eũdem hunc locum in Mat. edisserens his verbis. Vt quum venerit (inquit) dominus, eloquia Dei quæ commisimus nos cum vsuris recipiat, & cum additamentis ab eis qui acceperunt à nobis. Nummulatijs ergo viris iubet credere verbum, qui possunt eius reddere vsuras.

Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerũt me regnare super se, adducite huc et interficite ante me. Quemadmodum concreditæ pecuniæ (de qua modo dixerat) ratio in extremo iudicio exigenda propriè intelligi debet: ita & hæc de inimicis Iudæis, ac cæteris Christi imperiũ recusantibus, vltio ad idem tempus referenda est. Porro quod interpres vertit veruntamen, hoc est, πλὴν, mollius erat si cæterum, vel quin, vel autem, vertisset. Nam πλὴν tum propriè

veruntamen signat quum subsequitur ἐὰν. Atqui D. Hiero. in Iesa ca. 13. legit. Inimicos autem meos.

Pax in cælo.) Quia uetus dissidium, quod mortales habuimus contra Deum, diremptum est. Θ.

Lapides clamabunt. Lapidum nomine, gentileis designauit: quod lapides & ligna pro dijs colerent: de quibus scriptū est. Similes illis fiant qui faciūt ea, & omnes qui cōfidunt in eis. Sic enim Christus metaphoris vti gaudet. Psal 113.

Quia si cognouisses et tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscon. sunt ab oc. t.) Nemō putet quæ relatiuum ad diem pertinere, sed absque antecedente expresso scilicet positum esse agnoscas, id quod græca legenti manifestum esse potest. Cęterum sermo ipse perturbatus et abruptus qualis esse solet vehementius indolentis, hunc in modum restitui poterit. Fleuit super illam dicens. Et tu etiam in hoc die tuo fleres, si quidem cognosceres ea quæ ad pacem tibi esse poterant, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Venient enim dies in te, &cæt. vel vt græca extulit Hieronymus in con. Orig. Si cognosceres & tu in die ista quæ ad pacem sunt tibi, nunc autem ascondita sunc ab oc. t. quoniam venient dies super te. Quum autem dicit in die tua, intelligi vult diem, seu tempus mundanæ prosperitatis. Ita enim nonnunquàm in arcanis literis dies vsurpatur. Quidam autem ex recentioribus, quo sermonem redderet absolutum, duo verba de suo addens conuertit ad hunc modum. Si cognouisses & tu, & quidem in isto die tuo, quæ ad pacem tuam pertinent, curares. Nunc autem abscondita Gr.

sunt ab oculis tuis. Quæ etiam explicat his verbis. Si quoq; cognouisses, quemadmodum ego cognoui hunc tuum diem, quo tibi pax offertur ac remissio pristinorum criminum, studeres amplecti quod offertur. Nimirum hic tuus dies est, quo prouocaris ad resipiscentiam, & inuitat te Dei bonitas ad pœnitentiam. Deinde post pauca subdit: Nũc autem nec diem tuum agnoscis, nec illum non tuum prospicis, quoniam vterque absconsus est ab oculis tuis, quos habes præsentis felicitatis temulentia cęcutientes. Verum vt nil impium aut falsum habeat hæc
n. interpretatio, mihi tamẽ coactior, minusq; accedẽs ad euangelistæ verba censetur, quum quòd illud τὰ πρὸς εἰρήνην Cu cum ἔγνως aptè construi possit, vt nil opus sit altero addito verbo eo videlicet in loco, tum quòd diem tuũ mutato scilicet casu cum cognouisses coniungat, id quod euangelicus contextus non admittit.

Ex capite XX.

QVæ hic explanatione indigent, in Mat. exposita sunt ca. 21.

Sicut dicit, dominum Deum Abraham. Græcè est, ὡς λέγῃ, κύριον τὸν θεὸν ἀβραάμ, quod etiã verti potest, nam dicit, dominus Deus Abraham, & Deus Isahac, &c.

Ex capite XXI.

GAzophylaciũ. Dicit à gaza vocabulo Persico, quod illis thesaurum vel diuitias sonat, & φυλάσσω custodio. Erat enim locus vel theca, vbi opes templi seruabantur.

Ex

Ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: *hæc autẽ ex eo quod deest illi omnem victũ ſ. quẽ habuit mi.* Idem est quod apud Mar. cap. 12. verbis nonnihil diuersis scriptum est: omnes enim ex eo quod abundabant illis miserunt: hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit misit totum victũ suum. Quanquàm n. ἅπαντα τὸν βίον, esse potest omnem substantiam ad vsum vitæ scilicet pertinentem.

Multi enim uenient in nomine meo di. quia ego sum. Sunt qui hæc & sequentia putent de extremo vniuersalis consummationis tempore dicta esse, quod equidem non negauerim eo posse deduci, sed rectius ad tempus euersionis Ierosolymitanæ referuntur. n.

Contingit autem uobis in testimonium. Quo & vestra proberur constantia, & persequentium cõdemnetur malitia. Vel, vt alijs placet, εἰς μαρτύριον, hoc est, in martyrij gloriam. Θ.

Circundari ab exercitu Ierusalem. Ierusalem accusandi casus est, vt intelligas Ierosolymam ab exercitu Romano circundatam fuisse.

Ierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum.) Hoc est, possidebitur & inhabitabitur ab exteris nationibus, donec tempora duraverint gentium, hoc est, vsque ad mundi consummationem.

Et erunt signa in sole & luna.) Quæ hactenus dicta sunt propriè ad tempus pertinent Ierosolymitanæ excidionis: quæ verò sequuntur, consummandi sæculi finem respiciunt. Quapropter hoc ordine continuanda est narrationis series.

Ierusalem ludæis effugatis calcabitur incoleturq; à gentibus ad extremos vsque sæculi dies, & tunc signa erunt in sole, luna & stellis. Cuiusmodi autem futura sint Matth. & Mar. exprimunt, quum dicũt.

Mat. 24.c. Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum,
Mar. 13.c. & stellæ cadent de cælo.

Respicite & leuate capita uestra.) ἀνακύπτειν nõ solum respicere significat, sed etiam sursum sublatis oculis aspicere. item spe erigi animoq; recreari.

Bu.

Respicite ergo, & leuate capita uestra.) Id est, animos vestros cum spe & hilaritate ad superna erigite. Caput enim in scriptura nonnũquàm ponitur pro eo quod est in homine præstantius, vt est animus & mens hominis.

Quum producũt iam ex se fructum, scitis quoniam pro. est æstas.) Ita accipiendum est quasi dixisset, quũ promittunt iam ex se fructum nimirum prodeuntibus gemmis, scitis, & cæt. Alioqui quum fructus producitur non iam appropinquat, sed præsens est æstas. Id autem incommodi in græcis non est, propter ab sentiam verbi fructum, tametsi & aliàs discrepent à nostris. Sic enim habent. ὅτ' ἂν προβάλωσιν ἤδη, βλέποντες ἀφ' ἑαυτῶν γινώσκετε, ὅτι ἤδη ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν, quum producunt iam, vt subaudias frondes, aut gemmas, videntes ex vobisipsis cognoscitis instare iam æstatem vel messem. Verùm tamen vtranque lectionem suspicor à studiosis adauctam esse: nostra in eo quod dicitur fructum, græcam in eo quod legitur βλαστοὺς. Quæ si tollantur, & sensus vtrobiq; persistet incolumis, & vtriusq; lectionis erit concordia. Siquidem illud ἑαυτῶν ad vtranq;

tranq; personam anceps est, ad seipsis, & vobisipsis. Am. nostram sequitur lectionem.

Et omnis po. manicabat.) Idem quod in alijs codicibus est diluculo veniebat, vel mane accelerabat. Manicabat dixit effecto vocabulo ad gręci τῶ ὤρθριζε similitudinem. Arbitror tamen legendum manitabat, vt verisimile est scripsisse interpretem, vt sit compositum à mane, & ito, itas, frequentatiuo ab eo.

Ex capite XXII.

APpropinquabat autem dies fes. Iud. in qua necesse erat oc. Pas. Ad huius loci ac cæterorum ad paschalis agni & passionis dominicæ tẽpus pertinentium declarationem, sciendum quòd dominus noster vna cũ discipulis suis iuxta legis quidem pręceptũ agnum paschalẽ comederit: nimirũ die primi mẽsis seu lunationis post vernale æquinoctium 14. nõ tamen eodẽ quo illum Iehudęi comederunt. Maiores siquidem Hebręorum, ob incõmoda quędam concurrentiũ solennitatum vitanda, constitutione edita hoc cauerant, ne vnq̃ 2. 4. aut 6. hebdomadis die sacrũ domini Pascha celebraretur: ob quam causam Iehudæi non raro suum Pascha transferre cogebantur. Consimili quoq; ratione & alijs nõnullis solẽnitatibus certi erãt prohibiti dies, ne in eis occurrẽtes solẽnitates celebrarent, ne videlicet sabbathũ aut alius quispiã casus obesset celebrãtibus, quò minus cõmodè obseruare ea possẽt. Quo aũt certior huius rei fides habeat, ipsius cõstitutiõis tenorẽ subscribo. M.

בַּךְ גַּזְרוּ דַּבּוֹתֵינוּ סַנְהֶדְרִין (&c.) לֹא בְרֹז פ

פּוּךְ וְלֹא בְרוּ פֶּסַח וְלֹא גְּזוּ עֲצֶרֶת וְלֹא אֲדוּ
רֹאשׁ הַשָּׁנָה וְלֹא אֲגוּ יוֹם בִּפּוּךְ לְעוֹלָם׃

Sic statuere magistri, nostri iudices Sanehedrin (etc.) diem sortiũ nõ obseruari feria 2.4.7. neque Pascha feria 2.4.6. neq; diem retentionis 3.5.7. neq; principiũ anni 1.4.6. neq; diẽ expiatiõis feria 1.3.6. in ęternũ. Quum igitur crucifixionis dominicę anno ipsis etiã Hebręorũ rabinis testibus solẽnitas paschalis. i. dies 15. primę lunatiõis in diẽ veneris inciderit, Iehudęi iuxta suã traditionem in diẽ sequentem nempe sabbathum suum Pascha prorogarunt. Vnde & in vespera diei veneris agnum Paschalem ederunt, iuxta q̃d Io. testatur illos non introisse ædes Pilati ne contaminarentur, sed vt manducarent Pascha. Christus autem quum præsciret se verum agnum paschalem postridiè immolatũ iri pro totius mundi salute, neglecta Iehudęorum traditione, die Iouis iuxta legittimum Paschæ occursum vna cum Apostolis suis comedere voluit. Vnde notãter Euã. in qua necesse, inquit, erat occidi Pascha, iuxta legittimã videlicet ac simplicem legis obseruationem: vel etiam ob ingruentem ipsius domini passionem, quę in diem alterum Pascha differri (quemadmodũ nec necessum erat) prohibebat. Hac de re qui copiosus edoceri voluerit, recurrat ad Pauli Burgen. additiones Lyranis glossematibus coniunctas Mat. ca. 26.

Io. 18. e.

Quia ex hoc non manducabo illud donec imple. in regno Dei. Hoc est, nequaq̃ vltra Pascha Mosaicũ & verragni paschalis figuratiuum sum celebraturus, donec figura ipsa in rẽ, & spirituale pascha commutetur, atque ita perficiatur in ecclesia, quæ spirituale est

Cat.

est Dei regnum. Cæterũ in eo, quod dicitur ex hoc, subintelligi debet tempore, vt respondeat non illi quod in archetypo est ἀπ' αὐτοῦ, vt quidam male arbitrãtur, quũ huius loco interpres τὴν illud substituerit, sed ei quod scribitur οὐκέτι, quod sonat nõ amplius, vel non vltra.

Veruntamen ecce manus tra.) Rursus πλὴν vertit veruntamen, cuius vice cęterum mollius quadraret, siue vt aliâs vertit Hieronymus autem. Ecce autem manus tradentis me.

Reges gentium dominantur eorum.) Interpres gẽtis vocabulum, suo aut seculi sui more in masculino genere vsurpat: nam id frequentius facit, quàm vt lapsus videri possit.

Et qui potestatẽ habent super eos, benefici uocãtur. id est prædicantur, & laudibus à suis subditis attollũtur, quasi benefactores ac beneficiorum autores.

Ego dispono uo. sicut dospo. mi. Pater me. regnum. Dispono hoc est διατίθεμαι, significat præparo, ordino, vel lego, as.

Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram: & qui non habet, uendat tunicam suam & emat gladiũ. His verbis iuxta sensum historicum nil aliud declarabat, quàm tum tempus instare, non iam prosperitatis & pacis, q̃ sine sacculo & pera emissis nil esset defuturũ, sed aduersitatis & persequutiõis, quo propter mala ingruentia cogerentur sibi prospicere de his, quæ ad vsum vitæ & ad proprij corporis tutelam erant necessaria, vt aut resistere possent, nondum virtute ex alto imbuti, aut cedere ad

tempus humanæ malitiæ, aut forte etiam referire inimicum, nimirum lege veteri necdum plenè abrogata. Itaq; iuxta hunc sensum sic habet ordo verborum. Sed nunc quisquis habet sacculum, secum defe rat, consimiliter & peram, & quisquis gladium non habet, vendat potius tunicam suam, & emat gla-
E. dium. Est tamen qui secus hunc locum ordinet atq; interpretetur, nempe ad hunc modum. Sed nūc qui habet sacculum tollat vtique vendendum, consimi liter & peram tollat vendendam. Quòd si desint, vel tunica diuendita emat gladium, non istum quo grassantur latrones, sed verbi diuini, qui penetran-
Heb. 4. c. n. tior est quouis gladio ancipiti, pertingens vsque ad dissectionem animæ & spiritus. Verum hic sensus mysticus est, non grammaticus.

V. *Orate ne intretis in tentationem.*) Græcus sermo hunc solum postulat sensum. Hoc ipsum orate, ne à tentationum ac persequutionum incursione superemini. Sentit enim, ni fallor, non tam de interiori quàm exteriori tentatione. Cæterum lati-
E. nus hunc etiam admittit. Orate, ne si non oraueritis, fiat vt incidatis in tentationem.

Respondens autem Iesus ait: Sinite usque huc.) Quo pacto accipiendus sit, & qui respondeat præsens locus cum beati Matthæi euangelio, subiectis Augustini verbis indicabo. Sic enim scribit libro de consensu euangelico tertio capite quinto. Nec moueat quasi contrarium sit quod Lucas dixit interrogantibus discipulis, si percuterent in gladio, domi num respondisse, sinite vsque huc, quasi post illam percussionem ita dictum fuerit, vt placuerit ei vsque

huc

huc factum, sed amplius fieri noluerit: quum in verbis quæ Matthæus posuit intelligatur potius totum factum, quo vsus est gladio Petrus domino displicuisse. Illud enim verius est quod quum eum interrogassent, dicentes, domine si per.in gla.tunc respondit, sinite vsque huc: id est, non vos moueat quod futurum est: permittendi sunt hucusque progredi, hoc est, vt me apprehendant, & impleantur quæ de me scripta sunt. Sed inter moras verborum interrogantium dominum & illius respondentis, Petrus defensionis auiditate, & maiori pro domino commotione percussit: sed non potuerunt etiam simul dici, quæ simul fieri potuerunt. Non enim diceret, respondens autem Iesus, nisi illorum interrogationi responderet, non facto Petri. Nam de facto Petri quid iudicauerit Matth. solus dixit. Vbi etiam nō dixit Matth. respondit Iesus Petro: conuerte gladium tuum, sed dixit: Tūc ait illis Iesus, Cōuerte gladium tuum, quod post factum apparet dixisse dominum. Hactenus Augustinus verba. Potest etiam illud, sinite vsque huc, tantundem valere, ac si dicat. Hactenus lege Mosaica permittente ferro vti, atque vim vi repellere licuit: at deinceps, nimirum noua lege iam inchoata, non item: nisi quod hoc magis ad allegoriam, quàm ad historiam pertineat.

Et *conuersus dominus respexit Petrum.* Augustinus lib. de consen. euan. 3. ca. 6. hunc domini respectum non corporis, sed cordis fuisse putat: propterea quòd Mat. Petrū in atrio foris, & Mar. deorsum fuisse scribunt.

Ex capite XXIII.

Veste candida. ἐσθῆτα λαμπρὰν, magis sonat vestem fulgentem ac splendidã. D. Am. ad vtrunq; nimirum candorem & fulgorem alludẽs, nõ ociosum, inqt, q̃d veste alba induit ab Herode, immaculatę tribuẽs indicia passionis, q̃ agnus Dei sine macula, cũ gloria, mũdi peccata susciperet.

Et facti sunt amici Pila. & Hero.) Dissidij causam fuisse putant, quòd Pilatus miscuerit sanguinẽ quorundam Galilęorum ob impia facta, cum sacrificijs, vt videre est capite huius operis 13.

Principes cũ eis. Hoc est, cũ populo. Construitur em̃ demõstratiuũ plurale cũ nomine collectiuo, id q̃d frequẽt. fit in scriptura, frequẽtius etiã apud greç.

In paradiso. Si paradisum accipiamus regnum æternę beatitudinis, aptius erit vt ita distinguamus. Amẽ dico tibi hodie, atq; hic posito hypostigmate, subijciat, mecũ eris in paradiso. Vel in paradiso, hoc est, in summa felicitate, & beata Dei visione: qa quisq; cũ Christo est, verè beatus, & voluptate repletus est.

E. *Decurio.* Quum greçis sit βουλευτὴς, quod illis sonat consultorem siue senatorem, constat hic decuronem nomen dignitatis esse, non officij militaris. Beda tamen decurio, inquit, vocatur quod sit de ordine curiæ, & officium curiæ administret, qui etiam curialis à procurando munera ciuilia solet appellari.

Et dies erat Parasceues, & Sabba. illucescebat.) Dies parasceues, dies præparationis interpretatur,
B. quòd eo die quæ ad sabbatum celebrandum essent necessaria, p̃parare tur. Et sabbathũ illucescebat, hoc est, vespera incumbebat, qñ hebraica obseruatiõe lucernæ accendebant, quas cępta vespera & post tubæ clan-

clangorem accendere, sicut & cætera opera fácere, ne fas erat. Itaq; qa lucernæ accendebantur sub vesperã ratione sabbathi ab illa incipientis, sabbathũ illucescere dicebatur. Quod si verò quem moueat ꝗd inferius dicitur, Et reuertentes parauerunt aromata, quũ sabbato illucescẽte vt iã dictũ est operari nõ licuerit: dici potest, probabile esse, quod hoc negocij mulieres peregerint, sub vesperam quidem, sed ante datũ signum inchoandi sabbathi. Cauc etiam putes hũc eundem esse diem, de quo ita legis apud Mat. Vespere autem sab. quæ lucesc. in pri. sab. nam de illo infra agit Lucas, vbi ait, Vna autem sab. valde diluculo.

Sabbatho quidem siluerunt.) ἡσύχασαν non tam tacuerunt quàm quieuerunt interpretatur, quemadmodum & siluerunt Quieuerũt autem magis conuenit proposito, nisi malis intelligere simul vtrunq;.

Ex capite XXIIII.

Quid quæritis uiuentem cum mortuis.) Perinde est ac si dicat. Quur eum, qui viuit quæritis in monumento mortuorum?

Erat autem Maria Magdalene & Iohanna & Maria Iacobi.) Hanc Magdalenam alij sororem Lazari, alij diuersam esse autumant. Nos de re non perinde magni momenti ac multum incerta, supersedemus. Iohãna ducimus anxius disputare. Iohãna ipsa est vxor Chuzæ procuratoris Herodis. Maria autem Iacobi, matris domini soror est, & Iacobi minoris ac Ioseph mater: vnde & ipse Iacobus frater dñi appellatus est. Theophy. vero Mariam Iacobi deiparã virginẽ hic appellatã dicit, ꝙ putaret Iacobi filij Ioseph mater. B.

Et

Et abijt secum mirans.) Illud πρὸς ἑαυτὸν accipi
potest, pro eo, quod est in domum suam: atq; ita iũ-
E. gendum erit cum abijt.

Quod erat in spacio stadiorum 60.) Sexaginta sta
dia. 7. & semis miliaria constituunt Siquidem 8. sta-
dia vnum miliare efficiunt, sed breue & aliquantò
longius, quàm Italicum. Nam & qui in sancta illa
regione aliquot annis vitam egerunt, paulo plus mi
nusue distare Emmauntem ab Ierosolyma testan-
tur, quàm itinere duarum horarum cum dimidia.
Vnde etiam ijdem asserunt vnicum miliare in dicta
regione 15. stadia comprehendere.

Nomine Emmãus. Ipsa est, inquit Beda, Nicopolis
ciuitas insignis Palestinæ, quæ post expugnationẽ
Iudææ sub Marco Aurelio Antonio principe restau-
rata cum statu mutauit & nomen. Profertur autem
Emmaus apud Græcos tribus syllabis, & inflectitur
E. emmaus emmaũtos, vel emmaũtis more latinorũ.

Vnus cui nomen Cleophas. Alter vero Amaon di-
ctus est: quod nomen D. Am. expressit, Lucæ duode
cimum, & rursus hoc præsens enarrans capitulum.

Tu solus peregrinus es in Ieru. & non cognos.) Sic
habet ordo verborũ. Tu peregrinus es Ierosolymę, &
solus nõ cognouisti q̃ gesta sunt in illa hisce diebus:
vt intelligas anticipationẽ in verbo solus. Quod aũt
legimus, peregrinus es in Ierusalẽ, hoc est, πάροικος
ὢν ἱερουσαλήμ, cõmodius intelligi potest incolis vel
inhabitas Ierusalem. πάροικος enim ἀπὸ τοῦ οἰκεῖν
dicitur, quod simpliciter habitare interpretatur.

*Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum lo-
queretur in uia.* Hoc dicebant admirantes de incre-

dibili quodam ardore, quem in cordibus suis gigni senserant in via ex tam suaui Christi colloquio.

Et surgẽtes eadem hora, regressi sunt in Ierusalẽ.) Intelligendum est & eadem hora consurrexisse, & eodem vespere Ierosolymam (licet serius fortasse) peruenisse. Nam iter erat duarum & eo amplius horarũ, vt supra ostendimus hoc eodem ca. Quòd autem apud Theo. legitur, quòd post aliquot tandem dies peruenerint in ciuitatem, id suspicor à quopiam esse deprauatum: nam idem Theophilus, vel vt nũc inscribitur, Theophylactus in Catena adductus eos dicit non post multos dies, sed post plures horas peruenisse. Sed vtut res sese habet, non arbitror Theo. multũ solicitũ fuisse, vt sciret quãta ea fuerit inter Emmauntem & Ierosolymam intercapedo, contentus se scire distantiam fuisse 60. stadiorũ: quę ni fallor, ad suæ regionis miliaria putauit expendenda.

Inuenerũt congre. II.) Huic aduersari videtur, q̃d apud Iohã. legis Tho. nõ fuisse cũ eis q̃n venit Iesus. Sed intelligendũ est secundũ Aug. Tho. ad fuisse quidã cętui apostolorũ, duobus illis intrãtibus Emmaũte regressis, sed eundẽ ante Dñi apparitionem exisse. Ioh. 20. a. A. li. de cõs. eu. 3. ca. 25.

Dicentes, quod surrexit do. uerè, & appa. Simoni. Hoc congregati illi referebant duobus Emmaunte regressis: & sibi mutuò. Est enim λέγοντας dicentes accusandi casus: & coniungi debet cum congregatos, & cum, eos qui cum illis erãt. Inuenerunt congregatos vndecim, & eos, qui cum illis erant dicentes, nempè hoc. Surrexit dominus verè. Cęterum quid duo illi narrarint, ipse etiam euangelista manifestat, dũ subdit. Et ipsi narrabãt, q̃ gesta erãt in via.

Et

Et *fauum mellis.*)Hoc est fructum operis apiarij melle plenũ. Græcè est ἀπὸ μελισσίου κηρίου, id est, de melleo fauo. Fauus, propriè domusculæ sunt, in quibus apes mella conficiunt.

Incipientibus ab Ieroſolyma.)Illud incipientibus, quoniã nil habet cui respõdeat, subaudiri postulat, vobis apostolis meis. Quod si in græcis legas ἀρξάμενον, vt hodie habent exemplaria (quum Interpres legisse videatur ἀρξαμένων) scito illud, aut absolutè positum, p eo quod recẽtiores vertunt initio facto, aut cũ verbo infinito κηρυχθῆναι pdicari iungẽdum, nõ aũt cũ Christo, vt ne dicas ipsum ab Ieroſolymis cepisse prędicationem, contra id quod scriptum est, Docens per vniuersam Iudæam incipiens à Galilęa, vsq; huc.

n. Luc. 23.c.

Eduxit eos foras in Bethaniam.) Quæ est in latere montis oliuarum, à quo monte dominus in cœlos receptus est, distatq; ab Ieroſolyma quasi stadijs 15. vt habes apud Iohannem ca. 11. hoc est, itinere vnius mediæ horulæ, aut vnico miliari Italico. Prætereà videtur beatus hic Lucas in his, & sequentibus verbis indicare, quòd Christus è Bethania in cœlum adsumptus sit: quum idem in actis Apostolicis, & bea. Mat. videant insinuare, id quod vulgaris habet opinio: nempè Christum à monte oliueti fuisse assumptum. Aduertẽdum igitur dominum nostrum vnà cum discipulis, primum quidem, quantum equidẽ capio, Bethaniã contendisse, ac deinde montem ipsum conscendisse, cui Bethania contigua est: atq; ex eodem monte dominum in cœlum subuectum esse.

IN

IN EVANGELIVM SECVNDVM IOHANNEM, SCHOLIA.

Ex capite I.

IN *principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum.*) Quum cæteri Euangelistæ in exordio historiæ euangelicæ Christi seruatoris nostri omissa quodã modo diuinitate, ortum in primis ac natiuitatẽ multis fuissent verbis prosequuti, ne quis existimaret Christũ ante temporalẽ suam natiuitatem non extitisse, atq; hinc in execrandas hæreseis prolaberetur: operęprecium esse duxit B. hic apostolus, vt ante omnia nobis diuinam eius essentiam, æternitatem, atq; potentiam aperiret, secundum quæ Deo Patri per omnia æqualis nunquam esse cœpit, nec esse desinet in æternũ. Quum ergo dicit, In principio erat verbum, intelligere debemus, nõ quòd principium hoc aliquando principium non fuerit, quemadmodum vulgari loquendi consuetudine principium dicimus, quod aliquando cœpit initium: sed in principio perindè ac, quasi dicas, in prima omnium rerum origine atq; natura, quæ haud dubiè Deus est neq; exordium neq; finem habens. Aduerte etiam in his Euangelistæ verbis Christum Dei Filium, propterea verbum appellari, quòd per hunc Deus Pater diuinam suam voluntatem nobis sit eloquutus.

Cæterum

Cæterum quod dicitur, apud Deum, idem est, teste Theo. quod cũ Deo, in finibus pãternis. Hæc suffice re arbitror ad simplicem literæ intelligentiam: nam multa hic prudens prætereo, & præteribo, de hæresum confutatione, de articuli græci significantia, de verbi cum Filio Dei similitudine, de'q; alijs non paucis, primum quòd non sit præsentis instituti huiusce modi omnia ad amussim declarare: deinde quòd eadem ab alijs sint interpretibus plenius edissерta, ad quos confugere poterit, quisquis ea copiosius edoceri desiderabit.

Omnia per ipsum facta sunt. Per ipsum, sub verbũ.

Et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso uita erat. Alij distinguũt ad hunc modum. Et sine ipso factũ est nihil q̃d factum est. In ipso vita erat. Vtraq; distinctio, apud orthodoxos reperitur scriptores. Huius itaq; sentẽtia iuxta Chrysostomi enarrationem, talis est. Eorum quæ creata sunt, siue visui, siue intellectui, tantum subiecta, nihil sine Filij virtute productum est, vel conditum. Et quum hoc dixisset de rerum creatione, loquitur deinde de diuina huius verbi prouidentia: quòd nõ modò per ipsum condita sint vniuersa, sed etiam illud idem sit quod vitam omnium creaturarũ conseruet. Ex hac quoq; distinctione euidentius fit, Deum nequaquàm factum esse per verbũ, quemadmodum hæc ipsa verba propter vniuersale illud omnia nihil non includens, sonare videntur. Illius autẽ iuxta Aug. sententia ista est. Quæcũq; naturaliter facta sunt, quæcunq; facta sunt in creaturis, per verbum facta sunt. Peccatum quidem non per ipsum factum est, & manifestum

Θ. In ipso uita erat.

stum est quia peccatum nihil est, & nihil fiunt homi nes quum peccant. Et idolum non per verbum factum est: & scriptũ est, scimus quia idolum nihil est. Hactenus Augustini verba. Ex quibus & illud datur intelligi, angelum à Deo esse conditum, non autem diabolum, hominem quoq; à Deo factum, peccato tem non item. Dum autem subdit, Quod factũ est, E; in ipso vita erat, intelligit quicquid in vniuersis creaturis conditum est viuere non in seipso, quum multa sint quæ suapte natura nec sentiãt nec viuant, sed in eo qui condidit, in cuius æterna mente viuunt omnia etiam antequàm condita sunt. Præterea idem Aug. indicat sic pronunciandũ. Quod factum est, vt hic interposito cõmate subijciatur, in ipso vita erat, vt sic cõstruaĩ. Quod factũ est vita erat in ipso verbo.

Et uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet. Illa, inquit, vita per quam condita sunt omnia: illa vita quæ verbum est, imò quæ Deus omnis vitæ fons, ipsa semper fuit & est lux omnium hominum, quæ omnibus impertit naturalis luminis & gratiæ beneficium. Et hæc lux in tenebris animarum nostrarũ lucet, quas animas obscurarat princeps ille tenebrarũ diabolus. Tenebras accipere possumus homines impios: secundum alios autem, mortem atq; errorẽ, secundum alios ignorantias & peccata, secundum alios verò, tenebrarum omnium caput diabolum.

Venientem in hunc mundum.) Quum græca vox ἐρχόμενον ambiguæ sit constructionis, videtur potius ad φῶς, id est, ad lucem venientem in mundum accõmodanda, quàm ad hominem: nisi quòd hominem & venientem mutuò sibi coniungantur: &

nisi fortè olim ἐρχόμενον præposito articulo scriptum fuerit.

Neq; ex uoluntate carnis.) Carnem pro fœmina posuit: quō interdū spiritus, p marito positum repetitur, teste Aug. Ideo aūt mulier carnis vocabulo appellatur, quia de ipsa per Adam dictum est. Hoc nūc
Gen.2. os de ossibus meis, & caro de carne mea.

Et Verbum caro factum est.) Hoc est, verè visibili
X. atq; sensibili carne vestitum est. Non enim hoc dicit quod verbum carne ipsa mutauerit substantiam: sed quod carnem acceperit, nulla parte coinquinata aut coinquinanda substantia. Est autem synechdochica loquutio à parte totū & integrum hominem
Psal.64. designans, sicuti in illo. Ad te omnis caro veniet.

Et habitauit in nobis.) Non expressit propriè interpretans græcæ dictionis medullam: sic enim habet. Et tentorium, seu tabernaculum, sibi nobiscum, vel inter nos constituit: vt intelligamus carnem illam passibilem ac mortalem, veluti tentorium quoddā seu tuguriū Dei Verbo fuisse, in q̄ ad tēpus ageret: donec scilicet terrenā ac tēporariam hanc militiā, hoste suo pariter ac nostro feliciter superato, perageret.

Gloriam quasi unigeniti à Patre.) Quasi pro velut
Y. siue tanq̄, posuit Interpres: vt agnoscas verè Dei vnigenitum esse Christum, eandemq̄ Patris & Filij gloriam: id quod verius per velut, vel tanquàm, quàm per quasi expresseris.

Hic erat quem dixi: Qui post me uenturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Quod ad ordinem attinet historiæ, prætermittit hic euangelista, quod ab alijs est narratum euangelistis: quomodo videlicet Chri-

Christus à Iohanne tinctus sit, deinde etiam verba illa quibus Iohannes Christum, & quibus Christus vicissim compellauit Iohannem Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Et, Sine modo, sic enim decet, &c. & plenius hic ea commemorat, quæ ad Iohannis de Christo pertinent testimonia. Quoniam eñ supra dixerat, Fuit homo missus à Deo cui nomen Io. Hic venit in testimoniū &c. & qñ cæteri euangelistę nihil aut parū de his q̄ sequunt meminerunt, ab hoc loco plenius narrare incipit quę & quāta Iohannes de Christo testatus ac loquutus sit. Contigerunt aūt hæc omnia q̄ hic cōmemorant, (quantū ex euangelijs colligere possum) non ante baptizatū dñm, qa Iohan. infra testat, se Christi personā nō cognouisse, aut saltē nō ita cognouisse, vt ratū, indubitatū & omnibus credibile testimoniū, & cū tāta animi fiducia cōstantia & euidētia, vt hic & in sequētibus facit, potuerit, pferre, donec certius cœlesti esset visiōe ac Dei Patris attestatione edoctus: nec rursus mox à baptismate, quia Mat. et euidentius etiā Mar. testant. Christum iam tinctum statim à Spiritu actū fuisse in desertum: sed hæc contingere mox post expletos 40. ieiunij dies. Quandoquidem vltima Iesu tentatio vt be. L. refert in pinna tēpli Ierosolymitani facta est, vt hinc colligere liceat, ibi tunc, aut certè non procul à Iordane aliquot diebus Christum hęsisse, in quibus quæ hic referuntur cōtigerint. Nec eñ verisimile est testem Christi Iohānem verba illa q̄ hic & in sequētibus referunt, Medius aūt vestrū stetit quē vos nescitis &c. & rursum, Ecce agnus Dei q. tol. p. m. Hic ē de q̄ dixi, &c. itē, Et ego nesciebā eū, sed vt manifestet, & alia nōnulla, tāta libertate intonasse, priusq̄ cęlesti fu Mat. 3. d.

Mat. 4. a. Mar. 1. b.

erit ad sui testimonij confirmationem ac fidem munitus oraculo. Iam vt ad explanatiõem prçsentis loci veniamus, huius sensus sic habet. Hic ille erat de q̃ antehac sæpe vobis testatus, & huiusce modi verba loquutus sum: Qui post me venturus est, ordine tũ ætatis tum prçdicationis, longe ante me extitit, factus est vel genitus est, generatione videlicet diuina: est enim non ποιητὸς aut κτισθεὶς sed γενητὸς quod
V. nunc genitus nunc factus est, nunc fuit vertitur. Subdit autem & causam quur dixerit, ante me fuit, genitus vel factus est, quia inquit prior me erat, nimirũ omnium primus ac nouissimus, omnibusq; rebus præstantior ac potior. Græci explanatores aliquanto secus edisserunt, nimirum hoc pacto. Ante me factus est, id est, venerabilior & gloriosior apparuit: quia prior me erat secundum diuinitatem, vel secũdum natiuitatem diuinam. Verum quod prius dixi mihi videtur simplicius ac germanius.

Gratiam pro gratia. Gratiam euangelicã pro gratia legis Mosaycæ & naturæ. Vel gratiam accipiendæ gloriæ, pro gratia susceptæ fidei.

Deum nemo uidit unquam. Vnigenitus Filius qui est in sinu Patris ipse enar. Ab hoc loco, deum nemo vidit, verba sunt euangelistæ. Chry. etiã illa quæ prçmittuntur, & de plenitudine eius, Iohannis euangelistæ non Baptistæ esse dicit. Cæterum sermonis con
Eu. sequentia & sensus sic habet. Posteaquàm differentiam demonstrauit legis & gratiæ, rationabilẽ etiã differentiæ causam addit: quod legem quidem attulit Moses homo, qui Deum vti re ipsa est non vidit, sicut neq; alius quispiam, ideoq; lex inferior, vt pote

ab

ab homine delata. Gratiam vero euangelicam, Dei vnigenitus Filius, qui semper Deũ cõtuet, atq; adeo in ipso est Patris sui sinu, nempe Deus ipse, illã enarrauit, ordinauit ac docuit, ideoq; potior est gratia, vt pote à Deo facta qui Deum intuetur, & qui ea quæ Dei sunt, solus perfectè cognoscit.

Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. Non erat Iohannes persona Elias, ille de quo percontabantur, præcursurus domini aduẽtum posteriorem: sed spiritu, virtute & imitatione Elias quidam erat, quemadmodum testatur de ipso Christus, Si vultis inquiens recipere, Iohannes ipse est Elias. Rursus propheta ille eximius ipse nõ erat, qui in lege fuerat promissus, dicente scriptura, Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi dominus: quem prę iacto articulo percontantes sese intendere demonstrabant: propheta tamen quidam erat nec vulgaris, quemadmodum & ipse contestatur dominus dicens, Etiam dico vobis, & plus quàm prophetam. Mat.11.b. Deu.18. Mat.11.b.

Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit quẽ uos nescitis: ipse est qui post me uent, est, qui antè me factus est, cuius ego non sum dignus ut sol. &c.) Quanquàm illud ἑστηκεν præteriti temporis pro stat sumi possit, sicuti alij non pauci verterunt, propterea quod in verbis actionem manentem significantibus frequenter præteritum vsurpetur pro præsenti, vt sit sensus, medius vestrum stat, hoc est in medio vestrum tanquàm vnus ex vobis versatur, quem ignoratis: notanter tamẽ nec sine ratione vetus noster Interpres stetit vertere maluit, indicãs nisi fallor humilem E. X.

milẽ Iesum haud dedignatum iam pridem in medio promiscuæ multitudinis Iohãnis adesse p̃dicationi, & ipsius suscipere baptisma, eoq; sermonem hunc vt supra diximus non ante sed post baptisma cõtigisse. Verum huic nostræ sententiæ aduersari uidentur verba illa, Ipse est qui post me vent. est qui ante me fac. est, cuius ego nõ sum dig. vt sol. &c. & rursus q̃d præmittitur, Ego baptizo in aqua, quę Mat. & Mar. manifestè indicant ante baptisma esse prolata. Huic respondendum, quod sicut multi ac varij ad Iohannem concurrebant, ita sępius ipse eadem etiam verba replicabat: sicuti perspicuum fit ex eo quod hic tertio replicatum commemoratur, Qui post me vẽturus est ante me factus est: & secundo, Ecce agnus Dei. Cæterum quæ hic obscura sunt, supra elucidauimus.

Altera die uidit Iohannes Ie. uenientẽ ad se, & ait: Ecce ag. Dei: ecce qui tol. pec. m. Altera die hoc est postridie diei illius quo contigerunt quæ modo de Iudęorum interrogatione commemorata sunt. Ideo autem Iesus secundo ad baptistam suum venit, secũdum Chrysosto. vt preco Christi iam tunc Patris ac Spiritus sa. columbina specie visi oraculo munitus accertificatus occasionem haberet ferendi de Christo testimonium, tollendiq; à populo suspicionem, qua existimare poterat eadem ipsum de causa, qua cæteri adueniębãt ad baptisma venisse, nimirum vt peccata confiteretur: quam suspicionem illud, Ecce agnus Dei: ecce q tol. pec. m. penitus tollit. Agnus autem diciturper metonymiam pro victima: est em̃ speciei nomen pro genere positum. Et agnus peculiari-

liariter Christum significabat, qui vera erat futurus victima, ad tollenda totius mundi peccata.

Post me uenit. Venit præsentis temporis hic est: ἔρχεται.

Et ego nesciebam eũ, sed ut manifestetur in Israel, propterea ueni ego in aqua bap. Negat se Iohannes ab omni hominum semotum cõtubernio nouisse Christum de facie, atq; ob id ad Iordanem properasse se dicit, vt non tam sibi quàm toti innotesceret Israeli. Iohanne enim baptizante concurrerunt populi: & quum congregarentur manifestabatur eis Christus, qui ab ipso prędicabatur, & pręsens pręsentibus monstrabatur. Potest & aliter præsens locus accipi. Mihi enim magis videtur hic Iohãnes in persona populi loqui, de quo dicitur, Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis: atq; ita post nesciebã aptè subsequitur, sed vt manifesterur in Israhel, &c. Θ. Supra. Nota.

Et ego nesciebam eũ, sed qui misit me bap. in aqua, ille mihi dixit. Super quem uideris Spiritum desc. & ma. super eum, hic est qui bap. in spiritu S. Nesciebat eum Iohannes quia vultum eius non agnoscebat, vtpote semper in eremo versatus: sciebat tamen certo Christum Meschiam iam aduenisse, nam id & ex ultrando in vtero partim declararat, & prophetando indicarat quum diceret, Veniet fortior me post me, cuius non sum dignus sol. cor. &c. deniq; & in hoc se missum pronunciarat, vt qui latebat manifestaretur in Israhel. Sed tantisper quis ille esset certum non sciebar, dum humilis Iesus, ad ipsius Nota. N. Luc. 1. c. Luc. 3. c. N.

prçsentiam venire dignatus est, quo viso protinus Iohannes diuino illustratus afflatu agnouit. Nam quòd agnouerit, verba illa testantur quibus aduentantem iam cõpellauit dicens: Ego à te debeo bapti
Mat. 3.d. zari, & tu venis ad me? Certiori tamen atq; euidentiori testimonio cognouit, quum baptizato cælos patere & Spiritum S. supernè veluti aduolare conspexit. Quum ergo ait, Et ego nesciebam eum, sed qui misit me bap. &c. non id intendit, quòd ante illam visionem Christi personam, & quis esset non cognouerit, sed hoc ipsum ob id commemorat, quo declaret indubitatam se habere sui de Christo testimonij certitudinem, signum ac fidem. Quũ enim Iohannes de Iesu loquèns Nazareno, vulgo iuxta faciem non ignoto, vtpote cum hominibus diuersante, diceret, Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis: ipse est q ante me fa. est, cuius ego non. s. di. &c. quum de eodem intonaret, Ecce agnus Dei: ecce qui tol. p. m. quum palam pronunciaret. Hic est de quo dixi, post me venit vir qui ante me fac. est, quia prior me erat, poterãt Iudæi cogitare ac dicere Iohanni, Qua fronte tam magnifica audes de eo ferre testimonia, qui ignotus tibi est, cum quo nunq; versatus es, imò quem hactenus ne de facie quidem nouisti, quippe qui à pueritia in hoc vsq; tempus in deserto te continueris: huic tacitæ obiectioni ita Iohannes occurrens respondet, Ingenuè fateor: nesciebam ego illum, at qui me ad tingendum & testandum de illo destinauit, idem & certissimum signum dedit ac commonstrauit, quo confirmarem quęcunq; de illo & pnuncio & sum pnunciaturus. Vnde & aptissime subiungit. Et ego vidi, & testimonium

nium perhibui, quia hic est filius Dei. Tanq̃ si dicat. Sciebam quidem illum, aperto tamen pectore, apertisq; tibijs nil de illo pronunciabam: at vbi cælitus sum edoctus, tum demum propalam ac liberè cæpi quod distuleram intonare. Tractat hanc quæstionem multis & prolixis sermonibus Augustinus atq; ita tandem se extricat, vt dicat Iohannem multa quidem de Christo nouisse, at non id quod ipse totam baptismatis haberet potestatem, quodq; penes se solum ipsius retineret vim & autoritatem, ne quis vel Petrus vel Paulus dicere possit suum esse baptisma. Verum hæc opinio, sicut & aliæ quædam aliorum patrum mihi videntur probabiles, ne quid adijciam aliud. Aug.tra.in Io.5.

Hora autem erat quasi decima.) Quæ erat diei artificialis seu lucis à suprema, tertia. Nam duodecim tãtum horas in Palestina cõputari solitas Christus ipse testis est, dum ait: Nonne duodecim sunt horæ diei?

Inuenit Philippus. Inuenit εὑρίσκει præsentis quidem temporis est, quemadmodum & illud dicit: sed vtrobiq; præsens vice præteriti positũ accipi potest. Io.11.b.

Videbitis cœlum apertum, & angelos Dei ascendentes & desc. super fi. hominis.) Hoc adimpletum est dum apparentibus angelis visus est subuehi in cælum: sed & manifestius adimplebitur, quum venetit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, iudicaturus viuos & mortuos.

Ex capite II.

ET *die tertia.*) Ab ingressu domini videlicet in Galilæam.

Pl. *In Cana Galilææ.*) Cana oppidulum erat. Hæc Cana maior dicta est ad distinctionē alterius quæ minor appellabatur.

Quid mihi & tibi est mulier? Hoc est, qd mihi tecum commune est? Tanquam si dicat. Certè non
A. à te sumpsi vnde patraturus sim miraculum, vt tibi hac in parte obsequij iura debeam. Nihil ve-
Eu. tat tamen quo minus & ita accipi possit, tanquàm si dicat: Huius rei pro qua deprecaris nec mihi nec tibi cura incumbit: subindicans præpostere & intempestiuè illam vtpote matrem pro miraculo interpellare filium, quod alioqui minus erat in præcio habendum, si aut vltro aut à sola matre interpellatus præstitisset, magis autem æstimandum si ab his quorum intererat fuisset interpellatus. Atque huic sanæ sententiæ aptè cohæret, quod subiungitur.

Nondum uenit hora mea.) Hoc est, nondum co
X. gnitus sum. Neque enim quisquam præter Andream & Philippum sequebatur: neque hi verè ipsum cognoscebant. Nondum ergo, inquit innotui præsentibus, nondum sciunt vinum deesse, non dum tempus adest edendi quod quæris miracu-
Eu. lum. Tunc autem aderit, quum hi quibus miraculo opus est mei fuerint nacti notitiam cognouerintq; quòd talia possim præstare, quumque ipsi me fuerint deprecati.

Metretas binas uel ternas.) Metreta, si Budæo credimus, mensura est congiorum decem, vt autor est, inquit, Dioscorides his verbis, ἔστι δὲ ὁ με-

μετρητὰς χοὰς δύο.Decem autem congij sexaginta sextarios valent, id est,amphoram & quandrantē. Porro amphora vas est tesseratiū intus quoquo versus pedale: Iuxta quam æstimationem, quælibet hydria binas amphoras cum semisse,aut quaternas minus vno quadrante continebat. At si verum est vt vulgo creditur, vna ex illis esse hydrijs quæ apud Thongros seruatur,formam fere habens fideliæ nostræ, & colorem cinereum, quam & nos vidimus,& ex ijsdē esse quæ apud Coloniam Agrippinam est, non amplius ista capit vt ferunt quam quatuor mediocreis pottos quos vocamus, aut ad summum quinque, illa vero circiter sex aut septem: ex quo conijcere licet metretam hanc continuisse plus minus quàm ternos pottos, aut paulo amplius quàm geltam nostram,vt ita docendi gratia loquar.

Architriclinus.) Dicitur præfectus triclinij, siue discumbentium in triclinio, hoc est, discubitorio à tribus lectis sic dicto, quod olim conuiuantes in lectis discumbere consueuerint. C.

Et *fratres eius*.) Fratres domini cognati Mariæ vel Ioseph intelliguntur. Sic Abrahæ frater dictus est Loth, qui filius erat fratris ipsius.

Comedit me.) Id est, inflammauit vel accendit.

Ex capite III.

Nisi

Nisi quis natus fuerit denuo.) ἄνωθεν anceps est ad denuo & desuper. Verum nō hic desuper, sed denuo potius significare, palam arguunt subiecta Nicodemi verba ita interrogantis, Nunquid potest in ventrem matris suæ iterum introire & nasci?

n.

Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat, aut quo uadat. Sic est omnis qui natus est ex Spiritu.) Quod dicit huiusmodi est. Quēadmodum ventus iste aëreus, qui nonnunquàm in scriptura à spirando, id est, flando spiritus vocatur, naturali impetu vbicunq; vult spirat, & sonitum illius audimus tactuq; percipimus, nec tamen scimus vnde veniat aut quo vadat: ita vsu venit in his qui spiritu regenerātur. Primum quisquis renascitur ex Spiritu, spiritus efficitur, ita vt iam non carnali affectu, sed diuino feratur Spiritu, quocunq; huic fuerit visum. Deinde vocem quidem sic regenerati percipimus, dum spiritualia ac bona esse quæ loquitur, quę canit, quæ orat, sentimus: sed nescimus interim vnde veniat & quo vadat: quia videlicet compertū nobis non est, quādo & quomodo is qui loquitur, gratiam acceperit loquendi mysteria, nec quem ad finē siue fructum cessura sit eadem qua nunc videtur donatus gratia.

X.

R.

Si terrena dixi uobis & nō creditis, quomodo, etc. In huius loci expositione maxime ad rem ipsam accedere visus est Rupertus: quapropter & ipsius placuit subscribere commentum, quod huiusmodi est, Si terrena dixi vobis, &c. Ac si dicat. Terrena sunt, tēplum manufactum solui, & illud in tribus diebus reædificari. Terrena inquā sunt vestro sensui, id est,

sic

sic accepta quomodo verba sonant exterius, vltra q̃ vester non ascendit sensus. Sed vos ista nõ creditis à me tam breui temporis spacio posse fieri, videlicet nescientes, me verbum esse per quod mundus & omnia quæ in mũdo sunt, in sex diebus condita sunt. Reuera autem cælestia sunt hæc, quia cęleste templũ est, quia cælitus ædificatum est, quia non manufactum sed à Deo conditum est. Quomodo ergo si dixero vobis illud, crucifigendo soluetis, & ego in tribus diebus reædificabo resurgẽdo à mortuis, & extunc incipient homines renasci, resurgendo & ipsi à peccatis suis: si hæc & cætera his similia, quæ verè cœlestia sunt, dixero vobis, credetis? Hactenus ille. Di. autem Chrysostomus hunc differens locum, terrena nonnulli, inquit, de vẽto dictum arbitrãtur, hoc est, si exemplum à terrenis sumptum non creditis, quo nam pacto altiora credetis? Verum terrenum potius baptisma dicit vel q̃d in terra perficitur, vel q̃d ad suæ ipsius ineffabilis generationis comparationem ita appellat. Nam & si cęlestis ipsa generatio sit, ad illam tamen veram ex Patris substantia compara ta, terrena est.

Et nemo ascendit in cælũ, nisi qui desc. de cælo fi. ho. Copula & coniungit hæc cum illo, amen dico tibi, V. quod scimus loquimur. Verè ergo inquit & hoc dico tibi, quod nemo ascendat in cœlum, &c. Nisi malis cum illo hoc coniungere, quod aliquãto longius prœcesserit, nisi quis renatus fuerit ex aqua & S.S. non potest introire in regnum Dei, vt illi respondeat q̃d hic dicitur, et nemo ascendit, etc. Sic autem intellige te debemus, vt sciamus neminem prorsus ascende-

re in

te in cælum nisi vnitum cum Christo, qui solus propria virtute ascendit, & cæteros qui secum vnũ sunt ascendere facit, & vbi ille est illic sint & ipsius ministri.

Vt iudicet mundum. Iudicet hic & in sequentibus positum est pro condemnet.

Hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mundum, et dilexerũt homines magis tenebras. Est, inquit, iudicium aliquod, verum hoc non à me proficiscitur, qppe qui non venerim (sicuti modo testatus sum) vt iudicem mundum: sed ab illis ipsis proficiscitur qui iudicantur. Hoc est ergo inquit infidelium iudicium, hęc impiorum condemnatio, hęc iusti iudicij, id est, condemnationis causa, quia lux venit in mundum, & dilexerunt magis tenebras quàm lucem. Si enim qui ad lucem peruenire poterant, scientes in tenebris manere maluerunt, nõne re ipsa declarãt, omnino iustissime, & sua ipsorum culpa condemnari? Cy.

Facta est aũt quæstio ex discipulis Ioãnis cũ Iudæis de purificatiõe. Hoc est, baptismate. Aduerte aũt nõ ex Iesu, sed ex Iohannis discipulis ortam fuisse quæstionem, qui Iudæis quibusdam baptisma Christi baptismati Iohannis præferentibus, idq; non iniuria, persuadere conati sunt secus se habere quàm illi existimabant, maxime quum ipse Christus à Iohanne nuper fuisset baptizatus, seq; veluti pro discipulo illius gessisset.

Qui habet sponsam sponsus est. Amicus autẽ sponsi qui stat et audit eũ gaudio, gaudet propter uocẽ sponsi. Hoc inuolucro B. Iohãnes duplicem in Christo naturam, diuinam scilicet & humanam indicauit, eoq; & sibi

& sibi eum præferendum esse declarauit. Tantundē enim valet quasi ita apertè fuisset eloquutus. Non ego vt arbitramini Christus sum, quū purus homo nihilq; aliud sim quàm sponsi videlicet Christi amicus, gaudens interim quod spōsi vocē audite eiusq; præsentiam videre cōtigerit: sed ille verè Christus est, qui Deus pariter & homo est: sicuti is verè sponsus habetur cui sponsa est. Quemadmodum enim duo comprehenduntur in sponsi vocabula, vir & fœmina, quorum vterq; vna caro est, ita & in Christo duo sunt diuinitas & humanitas, quarū illa veluti sponsus ista veluti spōsa est, & ambo vnā Christi personā constituunt. Alij tamē fere explanatores, aliquanto secus enarrant, nimirum hoc sensu. Ipsi inquit vos ☉. scitis quòd testimonium dederim quod ille me maior sit. Itaq; sit omnino meū attēditis testimonium, discite illum mihi præferendum. Quādoquidem ille Eu. sponsus ac dominus est, ego vero amicus & sponsę ductor, qui stans iam & nuptijs perficiendis intendens, quodq; mihi iussum est adimplens, & exinde audiens sponsum cum sponsa, id est, populo loquētem, ipsamq; componentem & instruentē, gaudio perfundor propter hanc eius vocem tam salutarem dulcem & efficacem.

Qui de terra est, de terra est, & de terra loquitur. Hoc est. Qui è terra sumpsit initiū, terrenus est, & terrena sapit & loquitur, terrenisq; sensibus inuoluit.

Signauit, quia Deus uerax est.) Hoc est, notauit, firmiter statuit in corde suo, ac protestatur, q̄d Deus verax sit.

Non enim ad mensuram dat Dei spiritū. Subaudiē dū est Christo: loquit em̄ de eo quē misit Pater, eiq;

testa

testatur absq; vlla mẽsura donari spiritum. Cęterum illud enim, vel pro autem positum est, vel referenda sunt hæc ad ea quæ paulo ante præmissa sunt, qui de cœlo venit super omneis est: nam is referendi modus non est insuetus scripturis Apostolicis.

Ex capite IIII.

SEdebat *sic.* Idẽ, eo modo, eoq; ordine vt sequit. Describit enim ordinem rei gestæ, ita subiungens. Hora erat quasi sexta, nam autem in vetustis codicibus abest. Venit mulier, &cæ. Alij sic ad fatigationem accommodãt. Sic nempe quia fatigatus. Chrysostomus interpretatur, non in sella, nõ in loco honoratiori, sed in terra, vt contingit. Memini quoque me olim alicubi apud quendam legisse,
E. qui indicaret ex veteribus sic in prẽsenti loco aliquã tisper significare, quòd οὕτως nonnunquàm extenuandi vim habeat.

Nonne uos dicitis, quod adhuc 4. menses sunt, & meßis uenit? Ecce dico uobis leuate oculos ueſtros, & uidete regiones, quia albæ sunt iam ad meſſem. Docet hac allegoria Christus, ex occasione aduentantium Samaritanorum, tempus nunc esse quo omnes in euangelij prædicatione promissam accipiant benedictionem. Nam flauescentium regiõum nomine præsentem, moxq; metendum indicat diuini fauoris fructum. Vel vt planius quid dicam, regiones dicit diuersas populorum turbas, messem fidem siue salutem, albas hoc est ad fidem & salutem paratas. Sicut enim segetes albescẽtes messem indicãt, & manus postulãt, ita multi tum ad salutem properabãt.

Et

Et qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in uitam æternam, ut & qui seminat simul gaudeat & qui metit. In hoc enim uerbum uerum est quia alius est qui seminat, & alius est qui metit, &c.) Discriminantur hic atque etiam comparantur inter se ſe vetus ac nouum testamẽtum, prophetæ atq; Apoſtoli. Prophetæ enim in veteri testamento quasi grauẽ hyemem passi euntes ac flentes miserunt promissionum, expectationum laborumq; suorum semina: verum non messuerunt quod seminarant, defuncti sunt enim non acceptis repromissionibus, sed â longe eas aspicientes salutauerunt. Apostoli vero cæteriq; Christi discipuli illorum quodammodo mercedem ac fructum congregant, vtpote qui promissionum quæ ad illos factæ sunt præsentem susciPiunt effectum. Nec tamen illi suo priuantur gaudio aut fructu quemadmodum in his terrenis, si alium semi nare contingat alium metere, non simul gaudẽt, sed tristitia & damnum est nõ metenti. In spiritualibus enim longè diuersa ratio est. Hic vna cum messoribus congaudent etiam seminantes, omnesq; communem capiunt fructum vitam æternam. R; X.

Abijt in Galileam: ipse enim Ie. testi. per. quia pro. in sua patr. ho. non ha. Absurdum quid hic euangelista habere videtur, dum Christum dicit in Galilæã contendisse, propterea quod propheta in sua patria honorem non habeat, quum patria Christi ipsa videtur fuisse Galilęa, vtpote in qua conceptus educatus & sæpe diuersatus sit. Quandoquidem Nazareth quę ciuitas est Galilææ conceptus & educatus est, atque hinc Nazarenus dictus est, Capharnaum Luc. 1. c.

autẽ quę & ipsa in Galilæa est frequẽter versatus est.

N. Huic nodo non vno modo occurri potest. Primo vt patriam Christi, ciuitatem Nazareth peculiariter accipiamus, ad quam ipse ire noluerit, sed potius iterum in Galilæam vt supra manifestat euangelista abierit, vnde fuerat digressus: hoc est non in eam Galilææ partem in qua Nazareth est, sed in eam quæ Galilæa gentium dicitur, in qua est Capharnaũ Galilææ merropolis, & maritima, in finibus Zabulon & Nephthalim, quæ Christo patria erat peregrina. Nam duplicem esse Galilæam etiam Hieronymus testis est. Ira patriam Christi intelligunt fere explanatores in similibus locis apud euangelistas alios, vt Matthęus decimotertio Marcus sexto & Lucas quarto. Ex quo perspicuum fit, si ea ibi vera est acceptio, etiam eodem modo & hic patriam accipiẽdam. Adhęc quum Lu. ca. euan. sui 4. referat q; Christus Nazareth ingressus sit, vbi fuerat nutritus: & post aliquãta subiungẽs Iudæos reprehendat, quòd exprobraturi ipsi essent ac dicturi, Quanta audiui mus facta in Caphar. fac & hic in patria tua, manifestè liquet perperam sentire qui hic patriam Capharnaum accipiunt, qua in re suum sequuti sunt Chrysostomũ, qui tamen id non asseuerando, sed putando tantum, obiter adnotarat. Nam quòd ei ciuitati eiq; regioni fuerit non ingratus, & maiori in precio quàm in Nazareth habitus, admirãda testantur quę ibidem patrauit opera: vt sileam interim quod hic subsequitur de susceptione Christi in Galilæa, deq; miraculo mox regulo Capharnaitę exhibito. Deinde etiam ex ijsdem Lucæ verbis comprobari posse videtur, non aliâs quàm Nazareth hunc sermonem

Mat. 4. d.
H. in locis

Luc. 4. d.

fuisse

fuisse prolatum, Quanta audiuimus fac. in Caphar. fac & hic in p.t. Alio modo dici potest patriam Christi Iudæam ipsam significari, in qua & natus est, & sæpe etiam versatus, quinimo & sedem sicuti Ioannes refert habuit. Venit enim inquit Iesus & dis. eius in Iudæam ter. & illic morabatur cum eis. Et in hac sententia videtur fuisse Amb. scribens super illud Lucæ, Fac & hic in pat. Deinde etiam Hila. & Orig. & in quodam loco etiam Hiero. qui in Carena adducuntur partim Matth. 13. partim in præsenti loco, Idem quoque & euangelista ipse indicare videtur, dum supra præmisit, Reliquit Iudæam & abijt iterum in Galilæam. Aliter quoque responderi potest, illud enim hic pro autem, sicut & alibi reperitur positū esse, vt huic sermoni, Ipse autem Iesus testimonium perhibuit, occasiōem præbuisse intelligamus credulitatem Samaritanorum, & per patriam Christi intelligamus ipsam Galilææ regionem. Iohan. 3. c. Ioh. 4. a.

Regulus.) Græcè est βασιλικὸς regalis, vt intelligas genere illustrem, & regali stirpe, seu etiam munere quopiam fuisse insignem. Diuersum autē hūc esse ab eo quem Mat. & Mar. centurionem appellant, etiamsi eiusdem ciuitatis fuerit, argumento est diuersa apud hunc euan. & illos narratio. Eu. Mar. 8. Mar. 7. X.

Nisi signa & prod. uideritis non cre.) Redarguit dominus nō modo Capharnaitarū complurīū, verū etiam ipsius regij incredulitatē, qui tametsi cum fiducia quadam ad dominum properarit, rogaturus curationem filij: fide tamen se caruisse, aut certè ad modum imperfectè credidisse demōstrauit dum & sanādo filio corporalē dñi præsentiam necessariam existimauit, & mortuo vitam per eum restitui posse G.

non credidit. Nam orabat vt & descenderet dominus ac deinde sanaret, & priusquàm moreretur descenderet.

Ex capite V.

ERat *dies festus Iudæorum.* Incertum est quis hic dies festus fuerit. Beatus Iohannes Chry. diuinans, Mihi inquit videtur Pentecostes: atque hoc sequuntur græci alij.

Est autem Ierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur hebraicè Bethsaida. Græci codices habẽt, ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα, ἡ ἐπιλεγομένη
n. ἑβραϊστὶ βηθεσδά, sed mendosè ni fallor. Nã Chry. & Cyril. græci cũ nostra lectione cõsentiunt tam in probatica piscina quàm in Betsaida. Sed & be. Hie. vt cæteros latinos fileã, in locis hebraicis satis indicat idem se legisse. Eius verba quoniã et ad huius loci ac piscinæ explanationem faciunt subscribã. Bethsaida inquit piscina in Ierusalẽ quæ vocabat προβατικὴ & à nobis interpretari potest pecualis. Hæc quinq; quõdã porticus habuit, ostẽduntur q; gemini lacus, quorum vnus hybernis pluuijs adimpleri solet, alter mirum in modum rubens, quasi cruentis aquis antiqui in se operis signa testatur. Nã hostias in ea lauari à sacerdotibus solitas ferunt: vnde & nomen accepit. Hactenus ille. Qui autem legũt super probaticã piscina (sic enim & græca sonant & nonnulla habẽt
Θ. exẽplaria latina) illud probaticã locũ quendã signare tradunt in quo sita erat κολυμβήθρα, id est, piscina, lauacrum vel natatorium: ad quem locum pecudes in sacrificijs offerendæ adducebantur: quod an verũ

fit

sit viderint ipsi. Porrò id dicitur, quę cognominabatur hebraicè bethsaida, intelligendum est non purè hebraica, sed hebræorũ siue Iudæorum lingua vt tũ erat Chaldaici & Syriaci idiomatis commercio magna ex parte adulterata, ita locum fuisse appellatũ. בית צידא enim binis cõstat vocibus, altera Hebręa בית & altera Chaldęa צידא & interpretatẽ piscina, vel vt ad verbũ sonat domus piscatiõis. De hoc idẽ & Sebast. Mũst. in suo רקרק Chaldaico, si quis forte nobis diffidit. Bethsaida, nõ bethesda scribit etiam Euche.

Pater meus usq; modo operatur, & ego operor.) Si quæras quomodo Pater ad hoc vsque tempori operetur, quum scriptum sit, die septimo requieuisse Deum ab omni opere suo quod patrarat: aspice vt consistant, vt gubernentur, vt regenerentur omnia, & intelliges perpetuam Patris operationem. Dicit ergo. Pater meus vsq; modo operatur & ego operor, tãquam si inquiat. Quemadmodum Deus Pater post sex illos conditionum dies in sabbatho quod etiam hactenus perdurat non cessat ab opere quo gubernat omnia, quo subinde res alias ex alijs progenerat, quo cotidie non desinit benefacere mortalibus: ita ego qui Filius illius sum, ab eo & post testatem & exemplum habens operandi quæ faciũt ad generis humani salutem, non impedior religione sabbathi quo minus ea perficiam quæ Pater mandauit.

Opus creationis.

X.

Opus gubernatiõis

In iudicium nõ uenit, sed transijt à morte in uitam. Venit, id est, ἔρχεται præsentis temporis est vel futuri: transijt vero præteriti sed per metaphesim figurã

prophetis peculiarem vice futuri positum est: quare nil peccaueris si transiet pro μεταβεβηκε legas. Et iudicium dicit pro condemnationem.

Nunc est, quando mortui audient uocem filij Dei. Hæc de his loquitur, quos vel ante passionem vel in passione ad vitam reuocauit, aliquanto post etiam de vniuersali omnium resurrectione loquuturus.

Et potestatẽ dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Dedit Pater Christo iudicandi potestatem, dedit di co, quia filius hominis est. Vt homo ergo accepit Christus iudicandi potestatem, quam vtique non habuisset nisi Pater dedisset: vt Deus autem semper illam habuit cum Patre æqualem. Hanc interpretationem profero in nullo vt arbitror patrocinantem hæreticis, scilicet vulgatam nostram sequutus distinctionem: atque ita nil iam opus fuerit alteram quærere, quæ aduersus hæreticos quosdam excogitata est, quæ vt sit obscura ac violenta prudenti expendendum relinquo lectori. Sic enim habet. Potestatem dedit ei iudicium facere. Quia filius hominis est, nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, &c.

Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed hæc dico ut uos salui sitis.) De Iohannis loquitur testimonio, quod non accepit vt ab homine profectum, sed à Deo. Sed ne dicerent, quur ergo illius nobis ingeris testimonium: huic obiectioni occurrẽs, hęc dico ait vt vos salui sitis: quod est, vt hoc cum prę
Θ. cedentibus coniungam. Ego quidem quum Deus sim, hominis testimonio haudquaquàm indigeo: quia vero digniorem illum fide putastis, & ad illum turma-

turmatim accurristis, mihi autem & miracula faciē ti non credidistis, iccirco eius vobis testimonium in memoriam reduco, quo saltem hoc pacto vos alliciam, & saluos faciam.

Ego autem testimonium habeo maius Ioanne.) Sentit maius se habere testimonium quàm erat Iohannis: quod apertius esset si in contextu legeretur, maius Iohannis, vt subaudiatur testimonio. Nisi forte interpretans intelligi voluit Christum maius habuisse testimonium quàm habuerit Iohannes, cui nullum miraculum testimonium dedit, quum contra Christus quasi tot testes habuerit quot miracula edidit.

Credideretis forsitan & mihi.) Græca particula ἄν confirmantis est potius hoc loco quàm dubitantis.

Ex capite VI.

Ducentorum denariorum panes.) Si quis forte horum denariorum æstimationem & valorē nosse desiderat, 200. denarij inquit Bud. 200. aureos nostros valent, id est, quinq; & 30. Francicos.

Est puer unus hic.) Magis quadrat vt puerum hic pro seruo accipiamus: quandoquidem & græca vox idem significare potest. Dicitur enim παιδάριον ἀπὸ τοῦ παῖς παιδός, quod nunc puerum nunc seruum signat, quanquam illud diminutiuum sit, seruulus aut puerulus.

Erat autem fœnum. Fœnum pro gramine positū est, id quod & alibi reperis in sacris literis.

Operamini non cibũ qui perit, ſed qui per. in ui. æ. Hoc eſt: Pro corruptibili cibo parando ne ſoliciti ſitis, nec huius gratia me ſequamini, quin potius curate vt ſpiritualli cibo reficiamini, quo vita vobis cõ feratur æterna.

Hunc enim Pater ſignauit Deus. Significauit hoc eſt, oſtendit & confirmauit.

Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto. Tanquam ſi dicant. Hoc ſigno cælitus dato Moſes patribus noſtris vt crederent verbis ipſius perſua ſit: tale igitur prodigium ſi nobis oſtenderis, credemus & nos verbis tuis. Manna Chaldaicè & man hebraicè interpretatur donum, vel portio, vel quid eſt?

Nolite murmurare inuicem. Nemo poteſt uenire ad me, niſi Pater qui miſit me traxerit eum.) Primum murmur eorum ſimpliciter compeſcit dicens, ne murmuraueritis inter vos: deinde regreditur ad explanandũ ſimul & confirmandum quod ſupra tectius dixerat, omne quod dat mihi pater ad me veniet, inquiẽs, Nemo poteſt venire ad me per fidem & dilectionem (qui eſt verus ad Chriſtum acceſſus) niſi is qui miſit Pater non putatiuus ille Ioſeph, ſed cæleſtis, Deus, ſecreto ſuo afflatu attraxerit illũ.

Omnis qui audiuit à Patre & didicit uenit ad me.) ☉. Hoc eſt, quiſquis internum patris afflatum atq; ſermonẽ ſuſcipit & diſcipulus eius fit, is verè venit ad Mat. 16. c. me. Sententia hęc cũ illa congruit vbi ſcriptũ eſt, Caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cœlis eſt.

Sicut miſit me uiuẽs Pater, & ego uiuo propter Patrem:

trem: & qui manducat me, & ipse uiuet propter me.) Bifariam ordinari potest contextus: vel, sicut misit me viuens pater, & sicut ego viuo propter patrem, ita qui manducat me viuet ipse quoq; propter me: vel, sicut misit me viuens pater, ita & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, ipse etiam viuet propter me.

Si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius? Sermo aposiopesin habet q vt suppleri debeat, quæ subiiciam ad huius loci elucidatiõem Cyrilli verba declarabunt. Sic enim cõmentat. Quod si credere non vultis vitam vobis è meo corpore dari: quid facietis quando in cœlum volare me conspicietis? Non enim ascensurum me solummodo in cœlum profiteor, ne rursum quomodo fieri posset quæratis: sed oculis etiam ita fieri vestris cernetis. Quid igitur hoc videntes dicetis? An non erit hoc magnũ dementiæ vestræ argumentum? Si enim putatis carnem meam vitam vobis afferre non posse, quomodo tanquàm volucris in cœlum ascendet? Quomodo per aera volabit? Hoc enim simpliciter generi humano impossibile est. Quod si præter naturam caro mea in cœlum conscendet, quid prohibet, ne si militer præter naturam viuificet? Hactenus ille. Aduerte insuper, vbi hic non esse interrogatiuum sed relatiuum. Quod enim interrogatiuè hic locus effertur, ratione eius fit quod subauditur, quid dicetis.

Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicq̃: uerba q̃ ego loquutus sum uobis spiritus & uita sunt. Huiusmodi est (secundum Cyrillum) quod dicitur. Putatis inquit me dixisse viuificum natura sui ter-

restre hoc esse corpus, ego vero de spiritu & de vita loquutus sum. Non enim natura carnis viuificum reddit spiritum, sed spiritus virtus viuificam carnem efficit. Verba ergo quæ ego vobis loquutus sum, spiritus, id est spiritualia, & de spiritu & vita, id est, de viuifica & naturali vita sunt.

Ex hoc multi discipulorum.) Ex hoc subaudi tempore. Est enim ἐκ οὐτου, id est, deinceps, postea.

Ex capite VII.

Ambulabat Iesus in Galilæam, non enim uolebat in Iudæam am. In grecis est in Galilęa & in Iudæa, vt motum in loco accipiamus. Et ambulabat pro versabatur dictum est.

Scenopegia.) Dicta est à σκηνὴ & πήγνυμι, hoc est
L. à figēdis tentorijs. Ea est solennitas de qua mandatū
R. est Leui. 23. A quinto decimo die mensis septimi, quando congregaueritis omneis fructus terræ, celebrabitis ferias domini septē diebus. Die primo & die 8. erit sabbathum, id est, requies. Sumetisq; vobis primo die fructus arboris pulcherrimæ, spatulasq; palmarum, & ramos ligni densarum frondiū. Et aliquanto post subditur. Omnis qui de genere est Israel manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, quum educerem eos de terra Aegypti.

Dixerunt ergo ad eum fratres eius. Ex scripturæ consuetudine fratres appellantur consanguinei: & à nōnullis alij ab apostolis existimant hic designari, propterea quod subditur, neq; enim fratres eius credebant in eū: & rursus, nō potest mūdus odisse vos.

Vt

Vt & discipuli tui uideant. Discipulos vocat promiscuam multitudinem doctrinam Christi amplectentem.

Ego enim non ascendam. Ad diem festũ istum scilicet nunc vobiscum. Nam post dies aliquot ascēdit, sed non cum illis, nec manifestè. Qui sensus vt esset manifestus, & sermo nihil habereret incommodi, apud græcos pro οὐ non, οὔπω nondum, irrepsit.

Die festo mediante. Hoc est, circiter medium festiuitatis.

Vnum opus feci. Sentit de languidi sanatione in sabbatho, de quo habes supra ca. 5.

Sicut dicit scrip. flumina de uentre eius flu. aquæ uiuæ. D. Hiero. in præfatione Pentateuchi, & rursus in præfatione Paralipomenon negat hoc testimonium vsquàm extare in nostris codicibus aut etiam in 70. inter. tantum apud Hebræos reperiri dicit in libro Prouerbiorum: & tamen certum locum non indicat. Putant autem nonnulli ex ca. 5 desumptum esse, ubi ita legimus, Deriuentur fontes tui foris, & in plateis aquas tuas diuidet, Cuius loco in Hebr. ita scriptum est, יפוצו מעיניתיך חוצה ברחבות ילגו מים Quod ad hunc modum verti potest. Diffluent aquæ tuæ viuæ foras, in plateis riui siue exitus aquarum. Chryso. ita distinguit: Qui credit in me, sicut dicit scriptura: flumina &c. vt hic sit sensus, Qui crediderit in me, iuxta quod scriptura monet, futurum est vt ille concepto spiritu meo effundat flumina efficacis doctrinæ: Atq; ita flumina de ventre &c. verba erunt Christi non scripturæ. N.

Ex

Ex capite VIII.

IEſus autem inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in ter. Hoc geſtu dominus duo tacitè innuebat.
E. Inclinatione, eos qui ream condemnare volebant inſtruebat, vt demiſſo ſupercilio animoq; ſupino in ſeſe ipſi deſcenderent, ſicq; proprijs excuſſis conſpectis q; facinoribus quam ipſi pro his grauem commeruiſſent ſententiam aduerterent. Inſcriptione nõ paulò ſe Moſe maiorem eſſe deſignabat, quippeq; ſcriptam ſuo digito legem, Moſi ipſi promulgandã tradidiſſet: ſicq; illius nec debere nec poſſe conſtringi mandato ipſe legis dominus ſignificabat. Quid autem ſcripſerit dominus incertum habemus: niſi quod diuinare poſſumus ipſum vel ſequẽtia verba, qui ſine peccato eſt veſtrum &c. vel deferentium ſcelera depinxiſſe, vel quod magis reor nulla certa aut legibilia elementa exaraſſe, ſed tantum ſcribentis geſtum exhibuiſſe, forte illud tacitè inſinuans quod eſt apud Ierem. caput 37. Domine omnes qui te derelinquunt confu. recendentes à te in terra ſcribentur, quoniam dereliquerunt ve. aquę. &c. Nam & hic ſequitur: Audientes autem &c.

Forſitan & pa. meum ſci. Adnotat D. Aug. forſitan hic increpantis verbum eſſe non dubitantis.

In gazophylacio. Gazophylacium locus erat in tẽplo in quo ſeruabantur opes, & donaria, in uſum templi collata. Vocabulum compoſitum eſt à gaza quod Perſis ſignificat diuitias, & φυλάττω cuſtodio.
n. *Principium qui & loquor uobis.* Quia video quoſ

dam

dam ex neotericis vehemẽtius torqueri in huius loci explanatione, ita vt damnata Ambrosij atq; Aug. sententia nouas effingant interpretatiõnes, operæ precium putaui, non meum sed Cyrilli græci commentum huc transcribere, cuius sententiæ vt autoris grauitas, ita & multorum latinorum haud quaquã vulgaris opinionis interpretum consensus, pondus & fidem conciliat. Cyrilli ego sententia hæc est. Ad ostensionem inquit suæ deitatis modo dixerat C. Iudæis, ego sum, neq; adiecerat quidnam esset, vt ex ipsa loquendi ratione se Deum esse declararet, cui soli cõuenit simpliciter esse. Hinc Iudæi materiã interrogãdi sumunt quisnã ipse esset, vt determinatiore cõtractioreq; sermone de se loqueretur. Quia inquiũt dixisti ego sum, & non addidisti quidnam es, nunc ergo dic quis es, vt credamus. Quibus hoc pacto interrogantibus eam adhibuit dominus responsionẽ, quæ & diuinam in eo naturam pariter & humanã designaret. Sum inquit principium omniũ rerum, ex quo omnia suum sumpserũt exordium, & per q̃d omnia constant. Principium per quod facta sunt omnia, per quod Deus creauit secula, in quo Deus creauit cœlum & terram. Necesse est autem rerũ omnium autorem Deum esse: quare nuncupatione principij se Deũ esse perspicuè designauit. Cum autem subnectit, qui & loquor vobis, se hominẽ pro nobis factum insinuat, qui præsens verba quæ à Patre accepit hominibus nunciauit. Hanc itaq; sententiam quia simplicissimam pluribusq; probatam video, nõ arbitror necessarium reliquos acceptiõum modos obtrudere lectoribus. Porro quando literatoris fungimur officio non grauabimur & hoc indicare

dicare iuxta hanc sententiam principium, id est, τὴν ἀρχὴν apud græcos casus esse accusatiui atque ita debere construi. Ego sum id quod loquor vobis principium, hoc est, Deus sum.

Sed qui misit me uerax est. Series verborum alioqui durior hoc pacto leniri poterit. Multa habeo, siue possum de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit pater ἀληθής, id est, ab obliuione alienus, verus & iustus est, qui ea in posterum seruat quum dies examinationis erit, iudicanda. Ego in præsentiarum tantum ea quæ ab eo audiui ad salutem humani generis spectantia, propter quam descendi è cœlis, hæc loquor in mundo.

E. *Liberabit uos.* Proprie hic est, liberos vos reddet, id est, ἐλευθερώσῃ.

E. *Sermo meus nõ capit in uobis.* οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν, id est, locum non habet in vobis, vel non ingreditur ad vos.

Non potestis audire sermonem me. Non potestis, hoc est non vultis, autore Theophylacto.

Mendax est & pater eius. Nempe mendacij. Autor enim & pater mendacij diabolus est. Mendacij autem subauditur ex illo quod præcessit, quum loquitur mendacium ex propriis, quia mendax est.

Θ. *Est qui quærat & iudicet.* Patrem suum loquitur, qui Filij gloriam quærit, & iudicare potest atque

que condemnare eos qui Filium contumelia afficiunt. Auguſtinus autem iudicare hic diſcernere interpretatur. Eſt inquit pater meus qui gloriam meam à veſtra gloria diſcernat & ſeparet.

Abraham pater ueſter exultauit ut uideret diem meum: uidit & gauiſus eſt. Dixerunt ergo Iud. &c. Exultauit, hoc eſt, exultando ſperauit, vt videret tempus hoc quo mundo miſſus ſum in ſalutem: vidit & gauiſus eſt. Vidit inquam dum in immolatione filij ſui Iſaac, Chriſtum pro ſalute humani generis immolatum iri per prophetiæ ſpiritum recognouit. Item vidit dum in limbo, quem vocant, detentus, iuxta Cyrillum, angelis nunciantibus in mundum aduenisse deſideratum cunctis gentibus intellexit. Quum enim editus eſt inquit in mundum virgineo partu dominus noſter, quis addubitauerit angelos antiquis illis patribus annunciaſſe ſaluatoris ortum, ſicut & in terris nunciauerunt paſtoribus. Et tunc ſanè Abraham vidit diem domini de quo dicit pſalmus, hæc dies quam fecit dominus &cæt. & gauiſus eſt illum diem ſalutiferum aduenisse, quem vt videret multis ante ſeculis exultauerat. Vidit item dum in ſpiritu Chriſtum ex ſua ſtirpe naſcituum cognouit. Vidit inſuper diem domini Abraham, dum in figura trinitatis treis angelos hoſpitio recipiens, vnũ in tribus adorauit. De his copioſius ſi placet vide Cyrillum. Secundum Eucherium vidit, quia prophetæ olim videntes dicebantur, vtpote qui futurorum conſcij, diuini Spiritus munere ea videbant quæ cæteris erant occulta.

X.

Pſal. 97.

E. li. quæſt. no. te.

Ex

Ex capite IX.

V. VAde *lauare.* Non minus apud græcos quàm apud nos ambiguum, an lauare imperatiuo modo dictum sit, an infinitiuo. Ad hæc νίψαι si imperatiuè accipias, poterit vel actiuè vel passiuè intelligi. Vnde & in quibusdam codicibus, vade laua scriptum reperio.

X. Da *gloriam* Deo. Quasi dicant: Confitere Christũ nihil in te operatum.

Maledixerunt ergo ei. Pro maledictis incessiuerunt, obiurgarunt siue increparunt, hæc enim ἐλοιδόρησαν significat.

Peccatores Deus non audit. Hic quæri posset q̃ pacto hoc accipendũ sit, quũ alibi scriptũ sit, Oms̃ qui petit accipit. Huic q̃stioni bifariã respõdens Euche. Sunt, inqt, q ita sentiũt. Qui dixit peccatores nõ exaudiri cęcus fuerat, & plenã adhuc videre nõ poterat veritatẽ. Certũ est aũt diuinæ misericordię aurẽ patere pulsantibus. Potest & hac ratione intelligi, quòd peccatores (etiam si exaudiantur ad impetrandam propriam salutem) non exaudiantur in singulis.

Au. *In iudicium ego in hunc mundum ueni.*) Iudicium hoc loco alij supplicium & pœnæ augmentationẽ, alij discretionem interpretantur.

Ex capite X.

*. AMen amẽ dico uobis, q nõ intrat p ost. in ouile. Postquàm dominus Pharisęis incredulam ęq citatem obiecit, vt ne possent dicere, nõ auersamur te quasi cæci, sed vt seductorem te fugimus, pro-

proponit hic de grege suo, & de ostio quo intrat in ouile, & de pastore similitudinẽ, ostẽdens tm̃ se à seductore abesse, vt per se vnũ ac solũ doceat patere ad salutẽ accessum. Nemo inqt venit ad Patrẽ nisi per me Quã ob rẽ hoc loco & ostiũ se & verũ dicit esse pastorẽ: & per cõsequens negat se esse infidum mercenarium, lupum, furem aut latronem. Per ostium itaq; seipsum intelligit, quemadmodum idem ipse in sequentibus declarare dignatur: per ouile ouium, cõsortium fidelium, aut potestatem ecclesiasticam accipere possumus. Iohãn. 14.

Huic ostiarius aperit. Ostiarium Deum Patrem intellige, de quo dicitur: Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum, aut si malis Spiritum sanctum, nam & de hoc scriptum est, deducet vos in omnem veritatem. Iohan. 6. ℞. Iohã. 16. ℞.

Omnes quotquot uenerunt fures sunt & latrones. Quid ergo? Num & prophetæ fueres fuerunt & latrones? Sed ex eo quod præsentis tẽporis voce vsus est inquiens fures sunt & latrones, manifestum fit eum de his loqui qui tum temporis aderant. Quanquam & aliter posset huic occurri dubitationi. Siquidem in eo quod ait venerunt non autem missi sunt, palam indicat seditiosos quosdã designari, qui nec vocati nec missi, sed à seipsis ac proprio arbitrio incitati aduenissent. R. ℣.

Et ingredietur & egredietur & pascua inueniet. Quia videlicet, & ingressus per fidem in ouile ecclesiæ carpet euangelicæ gratiæ pabulum, & egressus per mortem mox delicijs perfruetur æternis. Vel ingredietur vt seruetur à lupis, & egredietur vt pasca- R.

tur æterni gaudij delicijs. Atq; ita illud pascua inueniet pertinebit tantum ad particulam proxime præcedentem.

Hoc prouerbium dixit eis.) Prouerbium hoc loco non pro adagio, sed pro metaphora siue inuolucro vsurpauit. Dicitur enim prouerbium iuxta nominis etymologiam, quòd verbum pro verbo ponatur. Nec aliter euangelista παροιμίαν vsurpauit, quippe quam græci diffiniunt ad hunc modum. παροιμία ὅτι λόγος ἐπικαλύπτων τὸ σαφὲς ἀσαφείᾳ, hoc est, Prouerbiũ est sermo rẽ manifestã obscuritate tegens. Quod sane præcedenti sermone fecisse dominum per se manifestum est.

Non pertinet ad eum de ouibus.) Græce est, οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων, qđ apertius dici potest, non agit ouium negotium, vel non sunt illi curæ oues.

Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem. Quia præmiserat & cognoscunt me meæ, hoc nunc sermone declarat cuiusmodi esse debeat inter pastorem & oues cognitio, nempe talis, qualis est inter Patrem Deum & Filium Christum, vt quemadmodum Filius pari Patrem notitia nouit, qua vicissim cognoscitur & ipse Filius à Patre, ita oues quoq; simili saltem aliqua ex parte cognoscant notitia pastorem, qua vicissim & ipsæ oues à suo cognoscuntur pastore.

Encænia in Ierosolymis.) Encænia orum, festiuitas est dedicationis templi apud Iudæos, ab ἐν in, & καινίζω nouo, & sonat quasi dicas initialia.

Animam

Animam no. tollis.) Tollis græcè est αἴεις, quod alij perdis alij suspendis alij tollis interpretantur. Significat etiam αἴρειν è medio tollere: quo significato supra vsurpatum est dicente domino, nemo tollit eam à me.

Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est, & nc. &c.) Ita legunt vetusti interpretes omnes græci pariter ac latini, præter vnum Chrysostomum, qui iuxta modernos græcorum codices legit, quia pater meus qui dedit mihi maior est omnibus, nisi quòd quia in modernis abest. Sensus eius apertior est quàm vt egeat explanatione. Nostram lectionē D. Cyril. græcus (si Latinorum minor tibi est autoritas) interpretatur his verbis. Hoc planè est quod Deus P. mediatori Dei & hominū dedit, vt sit eius vnigenitus Filius, Deus de Deo, nec natura dissimilis, nec virtute inferior, nec duratione posterior. Et hoc gignendo dedit, quia Deus verus Deum verum genuit, lux æterna lucem coæternam, vita vitam. Hoc sanè est, quod maius omnibus est, quia omnem illud excedit & humanam & angelicam creaturam. Et nemo id ipsum quod Pater mihi dedit potest rapere de manu Patris mei, quia quum ipse sit virtus immensa, non potest ei à quopiam irrogari violentia.

Ex capite XI.

Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororū eius. Dilucidius vertere poterat interpres, à Bethania castello seu oppido Mariæ & Marthæ, q̄ Beth. cū castello per appositionē colligrere intelligas.

Atq; ita sanè eandem orationis formam supra conuertit capite primo: vbi quod græcè est ἀπὸ βηθσαϊδὰ τῆς πόλεως ἀνδρέου καὶ πέτρου, omissa præpositoria particula ἀπὸ interpretatus est, à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri.

n.

Maria autem erat quæ unxit dominum unguẽto, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur. An vna eademq; designetur mulier vbicunq; in euangeliorum voluminibus tale aliquid inuenitur, quale de hac hoc in loco refertur, an plures sint, & quot sint, magna est inter doctores controuersia. Quantum autem ex euangeliorum collatione deprehẽdi potest, aut duas fuisse necesse est, aut iuxta Augustini sententiam vnam tantum, quæ scilicet vtrunq; peregerit opus, & quod à Luca ca. 7. & quod à cæteris paucis ante passionem domini diebus refertur. Probabilius tamen mihi videtur, vt duas fuisse intelligamus: quarum altera apud Luca. 7. peccatrix absq; nomine describitur, cui dimissa sint peccata multa: altera apud Mat. 26. Mar. 14. & Iohannem 11. & 12. nomine Maria soror Lazari describitur, vngens primo pedes domini vt Iohannes refert, deinde caput perfundens fracto scilicet alabastro, vt Mat. & Mar. referunt, quæ nequaquàm meretrix sed honesta semper fuerit (teste Chrysostomo) & religiosa. Cæterum Maria Magdalene cognomi nata, de qua 7. dæmonia eiecta fuisse Luca referente ca. 8. cognouimus, quanquàm frequens sit tam in passione quàm post passionem huius sanctæ fœminæ cõmemoratio, nusquàm tamen neq; lachrymis neq;

A. de con. euang.

neq; vnguento ante passionem dominum vnxisse describitur, prodito scilicet Magdalene cognomine, quum aliâs ita semper à cæteris distinguatur. Vnde euidens est argumentum diuersam eam esse ab his de quibus supra disputauimus. Hæc arbitror simpliciora verisimiliora q; quàm quę multis & magnis disceptationibus recentiores, alij de triplici, alij de vnica Magdalena tradiderunt. Quod si quis adduxerit his etiam probabiliora non grauabimur sequi.

Quasi stadijs quindecim. Octo stadia vnum miliare, decem & sex duo miliaria constituunt. Aberat itaq; Bethania ab Ierusalem fere duobus miliaribus, sed eisdem breuissimis. Nam vt ab ijs accepi qui sæpius spacium hoc emensi sunt, 15. hæc stadia paulo amplius efficiunt quàm vnum miliare Italicum, & tertiam partem miliaris Brabantici, hoc est iter dimidiæ horulæ.

Infremuit spiritu. Hoc est, fremitum vel stridorē quendam emisit, ex indignatione scilicet contra diabolum, cuius inuidia & suggestione mors intrarat in orbem terrarum. Theophy. tamen hanc partem ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, ἑαυτὸν ἐτάραξεν ἑαυτόν secus ediserit, his verbis. Ad Lachrymas quidem inquit natura mota est, & cohibebatur propter Martham flentem, & illam, & eos qui aderant. Dominus autem infremit in affectionem spiritu, hoc est increpat per spiritum confusionem, & cohibet illam: & sic rogat vt non cum viulatu esset interrogatio.

Propter populum qui circunstat dixi. Subaudi hæc deprecationis verba, nempe, Pater gratias ago tibi.

Institis.) Hoc est, fasciolis. Et κείρεται vt tradunt literatores uincula sunt sepulchraria.

Ex capite XII.

Dies venetis ante palmatũ.

ANte *sex dies Paschæ.*) Tantundem valet ac si dicat, ante sex dies Pascha præcedẽtes, Sic enim numerant, vt septimo ante Paschæ solẽnitatem die Christus regressus sit in Bethaniam, hoc est, nono die primi mensis Hebræorum, in cuius 14. Pascha celebrabatur.

Fecerunt autem ei cœnam ibi. Qui fecerint hanc cœnam, & vbi facta sit, hic euãgelista non exprimit: ex alijs tamen euãgelistis à Simone leproso & in domo ipsius facta fuisse creditur.

Nardi pistici.) Nardi hoc loco neutri generis est à nardum vt iuxta græcam lectionem construi possit cum adiectiuo pistici. Apud Marcum capite decimoquarto & alia indicauimus ad præsentem locum pertinentia, siquidem eadem est hic & ibi in græcis lectio. Cæterum quod Augustinus pistici nomine dicit locum aliquem indicari vnde fuerit hoc vnguentum, nõ immerito à nonnullis improbatur quòd nihil tale legatur in Dioscoride, nec in Plinio.

Sine illam, ut in diem sepul. meæ seruet illud &c.) Constat ex alijs euangelistis & cæteros obmurmurasse discipulos nedum Iudam, sed illos simplici affectos animo propter curam egenorum, hunc autem cupiditatis suæ stimulis exagitatũ. Quapropter dominus responsionis sua verba in singularem atq; pluralem numerum dispertit, ludę singulariter inquiẽs,

Cy. R.

sine

sine illam, omnibus vniuersaliter, pauperes enim semper habetis vobiscū, me autem non semper habetis. Veruntamen ex Chrysostomo verso subolet illius exemplar diuersum quid habuisse à modernis. Sic enim quod ille legerat suus vertit interpres. Sinite eam, in diem sepulturæ meæ hoc fecit.

Qui amat animam suam, perdet eā. Qui amat animam suam, præsentem vitam malè diligendo, perdet eam, quia æterna vita destituetur.

Saluifica me ex hac hora. Non hoc orat dominus, sed an hoc orare par sit percontatur. Ira enim habet verborum series. Nunc anima mea turbata est. Et qd precabor? num illud, Pater serua me ex hac passionis meæ hora? Sed ob hoc ipsum veni in horam hanc. Dicam ergo: Pater glorifica nomen tuum.

Et clarificaui & iterum clarificabo. Interpres clari E.
ficandi verbo vtitur pro illustrādi siue glorificandi. Est enim κ᾽ ἐδόξασα, κ᾽ πάλιν δοξάσω, hoc est, illustraui atq; iterum illustrabo.

Nunc iudiciū est mundi: nunc princ. hu. m. eijcietur. Supra dixerat, & glorificaui & iterum glorificabo, hic etiam modum glorificationis ostendit, nunc in quiens iudicium est mundi, hoc est vltio nunc huius Θ.
mūdi per me fit, quia eū trucidabo, qui omneis trucidauit, & vltor ero omniū quia ab ipso occisi sunt, eijcieturq; foras tyrannus per mortem meam condemnatus. Vel, nunc iudicium est non quidem retributionis præmiorum suppliciorumq; æternoCy.
tum, sed discretionis fidelium ab infidelibus, & exexpulsionis diaboli ab his qui per Christū redempti sunt.

Adhuc modicum lumen in uobis est. Quum græcè sit ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν, non nisi hic sensus esse potest. Adhuc breui temporis spacio lux illa ego vobiscum sum. Veruntamen Di. Augustin. cum quo hoc Cyrillus tanquam diuersum quid legissent, illud modicum ad lumen referunt, hoc sensu: Adhuc pusillum luminis in vobis est.

n.

Tanta signa. τοσαῦτα Anceps est ad tot & tanta.

Quis credidit auditui nostro.) Hoc est, prædicationi nostræ.

Et brachium domini. Christum Dei Filium, brachium domini nuncupat, quia per ipsum quasi per brachium condidit operatur que omnia Deus.

Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum. Supple Deus. Nemo tamen sic dictum esse putet, quasi Deus cuiquam sit cæcitatis obdurationisue causa, sed excæcare & obdurare dicitur quando diuina sua iusticia & humana id exigente malitia quẽ quam excæcari aut obdurari permittit.

Qui credit in me, non credit in me. Non credit in me, hoc est, in hominis fabri filium, sed in Deum ipsum qui misit me. Vel non credit in me modo, verum & in eum qui misit me.

Qui uidet me, uidet & eum qui me misit. Videre hoc loco scire & intelligere est.

Mandatum eius uita æterna est. Hoc est vitæ æternæ causa effectiua est.

Ex capite XIII.

Et

ET *cœna facta.* Hoc est, apparatū & ad conuiuā tium vsum perducta, interprete Augustino. Ad hunc modum etiam Tobię 2. scriptum est, Quum factū esset prandium bonum in domo Tobiæ: Sequitur enim: Vade & adduc aliquos de tribu nostra timenteis Deum vt epulentur nobiscum.

Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus. Sciens sub. Iesus, ὅτι πάντα δέδωκεν αὐτῷ, quod omnia dedisset sibi Pater in manus. Et ne quis existimaret hoc de Iuda dictum esse scriba aliquis apud græcos ἀπὸ τοῦ ἰησοῦ etiam textui insulsit.

Quod ego facio tu nescis modo. Non intelligebat adhuc Petrus, ex hoc facto humilitatis atq; officij proxime exhibēdi dari sibi exemplum: quemadmodum illi Christus tandem aperuit, quum dixit, Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magistrū & dominum, &c. Ignorabat etiam Petrus hoc Christum symbolo præsignare q; mox precioso suo sanguine animæ ipsius sordes esset abluturus. Hoc quia ignorabat mysterium Apostolus, non iniuria recusabat ministerium.

Si non lauero te non habebis partem me.) Tantū dem est ac si dicat. Nisi te lauero lotione spirituali, haudquaquàm mei es futurus consors. Vel, nisi te mihi per omnia etiam hac in parte præbeas morigerum, atque adeo etiam humilitatis huiusce imitatorem, sortis meæ mearumq; gratiarum particeps esse non poteris.

Qui lotus est nō indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus. Et *vos mundi.*) Græca aliquanto secius & minus habent obscuritatis. Sic enim habent huius

certè tẽpestatis codices ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοῦς πόδας νίψασθαι ἀλλ' ἔστι καθαρὸς ὅλος. Vbi aduerte pro nisi non esse εἰ μὴ aut ἢ μὴ quæ exceptiuę sunt particulæ, sed ἤ quæ confirmatiua est, vt arbitror cum circũflexo scribenda, alioqui si cum acuto scribatur disiunctiua erit. Itaque sensus hic erit. Quisquis lotus est opus certè non habet pedes lauari, sed est purus et syncerus totus. Cui aptè etiam respondet quod sequitur. Καὶ ὑμεῖς καθαροὶ ἐστέ, ἀλλ' οὐχὶ πάντες, hoc est, & vos mundi estis ac puri, nimirum innocentes à mei traditione, at nequaquàm omnes. Siquidem & ἡ olim καθαροὶ dicebantur, qui ob cædem perpetratam impias manus habere non censebantur. Ab hac sanè sententia minimum absunt Chrysostomus & Theo. vtpote qui neque exceptionis, neque baptismi, neque affectionum, quas per pedes intelligi volunt alij, vllam faciant mentionem. Iam si quis forte requirat, qui cõ sistat, quòd dominus discipulos suos mũdos dixerit, & nihilominus pedes illorum lauare voluerit, imo & necessariam illis fuisse lotionẽ pronunciarit, sciat mundos quidem fuisse Apostolos, idq; iuxta Chry. propter verbum doctrinæ euangelicæ quod fuerãt amplexi: non tamẽ quòd nullis omnino iam essent peccatis obnoxij, non quòd sacro immolandi agni cruore nõ essent abluendi, non quòd plenè iam essent ab omni maledicto securi, sed q; liberi essent ab errore Iudæorum, q; immunes essent ab affectu tradendi magistri sui, à quo Iudas ille liber non erat, de quo subdit, Sed non omnes. Sciebat enim quis nã esset qui tra.e. denique quòd ab hoc mundo qui totus in mali-

Et vos mũdi estis.

L.

X.

Ioa.15.a.

maligno ac sordibus est essent seiuncti. Mundi ergo erant, sed interim adhuc mundandi, quia ad absolutam mundiciem opus habebant precioso agni immaculati sanguine (cuius hęc aqua typum gerebat) aspergi, & diuini Spiritus igne expiari: vt ne dicam interim quàm necessarium illis fuerit tantum huius humilitatis exemplum. Præterea quando communem illam latinæ lectionis interpretationem & Augustinum & Ambrosium in opusculo de mysterijs initiandis cap. 6. sequutos video, libet etiam & eam indicare legentibus. Dicit ergo iuxta illorum sententiam hoc modo dominus. Qui lotus est non indiget nisi vt pedes la. &cę. tanquam si inquiat. Quisquis semel sanguinis mei lauacro per baptismum ablutus fuerit, totus vtique iam mundus effectus est, vt nil illi opus sit deinceps, peccata semel deleta rursum abluere, rătum modo id curet oportet, vt pedes, hoc est affectus ab humanis quibus subinde co inquinantur sordibus expurgentur. X. R.

Non de omnibus uobis dico.) Præmiserat, beati eritis si feceritis ea, nō de omnibus inquit hoc dico, est enim inter vos nec facturus ea, nec beatitudinem adepturus. A.

Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum.) Hoc est: qui mea mensa fruitur, dolum ac deceptionem parabit aduersum me. Est autem metaphora, desumpta à certantibus, qui supplantantes aduersarios, dum illorū calcaneū calcant deijciāt. Locus scripturæ est psalmo quadragesimo, vbi quod nos legimus, Etenim homo pacis meæ in quo E.

in quo ſperaui, qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplantationem, Hieronymus iuxta hebraicam veritatem vertit. Sed & homo pacificus meus in quo habui fiduciam, qui manducabat panem meum leuauit contra me plantam.

Qui accipit ſi quem miſero, me accipit. Vt ſermonis cõſequentiam intelligas, quia dixerat quòd prodendus eſſet, & ex hoc diſcipuli diſpergerentur, ſolatur nunc eos prædicendo, quòd quicunq; illorum prædicationem ſuſcipient, non ſecus ac Chriſtum ipſum illos prædicantes excepturi ſint.

Proteſtatus eſt.) Teſtatus eſt.

Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo, & continuo clarificauit eum.) Hoc expreſsius ita dici poteſt. Quoniam Deus Pater glorificatus eſt per Filium, etiam Deus Pater glorificabit Filium per ſemetipſum, idq; è veſtigio. Nam præterquàm quod paſsio gloria eſt, etiam in ipſa cruce Chriſtus per mirabilia quæ cernebantur, deinde amplius per reſurrectionem, illuſtris factus eſt.

Non cantabit gallus do. me ter neges.) Ne diſſonãtia putetur inter euãgeliſtas, ſic accipiendum eſt quaſi dixiſſet, nõ complebitur galliciũ ni donec ter me abnegaueris. Quod propemodum indicaſſet ſi vertiſſet interpretans, non cantauerit gallus.

Ex capite XIIII.

CReditis in Deum, & in me credite. Quũ apud græcos eadem vox πιστεύετε bis repetita anceps ſit ad indicatiuum & imperatiuum, variè ſumi poſſet hic locus. Verum ipſe orationis tenor

nor magis postulat, vt vel primo loco indicandi mo X.
do posita accipiatur, altero imperandi, vel vtrobiq; indicandi. Poterit quoque prior clausula perconta tiue legi. Creditis in Deum? Haud dubium quin ita. Credite ergo & in me. Et credere hoc loco propriè fidere est, seu fiduciam habere.

In domo Patris mei man. multæ sunt. Quod ad cõ sequentiq; rationem attinet, ostendit Apostolos hoc nomine Deo fidere debere, q; in domo Patris sui va riæ sint paratæ mansiones, à transfugis sumpta me taphora quibus magno solatio est habere varia asy la, ad quæ confugere possint. Ita Apostolis suis do minus varia promittit in imminentibus persequu tionibus ac tribulationibus confugia, siue præsen tem vitam spectes siue futuram.

Si quo minus, dixißem uobis, qa uado parare uo locũ. In domo inquit Patris mei multæ sunt mansiones, quæ vos ex huius mundi tumultibus excipiant red n.
dãt; q; securos: quod si secus esset, id olim indicassem vobis, quandoquidem nunc tempus adest quo abi turus sum vt præparem vobis locũ, viamq; aperiam qua ad easdem mansiones peruenire possitis. Sunt qui & aliter hunc locum ediſſerant, verũ istuc visum est magis accedere ad verba euangelica. Nihilomi nus mihi sanè haud displicuerit si iuxta græcos quos dam codices omittentes quia, ab eo loco, Vado pa rare vobis locum, nouũ faciamus orationis capur, nisi Latinorum obstaret consensus.

Et si abiero & præparauero uo. lo.) Si abiero, aut hebraica phrasi pro certè ac verè abiturus sum, posi tum est, aut quod etiam sensus ipse expostulare vi-

detur

detur pro, postquam abiero ac præparauero vobis locum, iterũ veniam & assumam vos ad meipsum.

Qui uidet me, uidet & Patrem.) Hoc est, qui me nouit atque intelligit, nouit intelligitq; & Patrem.

Quia non uidet eum.) Oculis mentis scilicet.

Vos autem uidetis me. Per metastesim ita dictum puto pro videbitis me.

Si diligeretis me, gauderetis utique quia uado ad Patrem, quia Pater maior me est. Si nosse vis gaudij causam, remigro, inquit, ab huius mundi calamitatibus ad Patris mei consortium, depositaq; corporis huius corruptibilitate ob quam patre sum factus inferior, ad ipsius iam regredior æqualitatem.

Sed ut cognoscat mundus quia dil. Pat. & cæ.) Pendet sententia ab eo quod in fine capitis adiungitur, surgite eamus hinc. Eamus inquit ad opus iam institutum, quo manifestum sit quàm diligam Patrẽ, quamq; illi sim obaudire paratus. Cæteri tamen
Is. secus distinguunt, & subindicant hic aliquid subaudiendum: nempe, sed moriar aut interficiar vt cognoscar, &c.
A.X.

Ex capite XV.

Mundi estis propter sermonem quem lo. sum uobis.) Hoc est, propter doctrinam meam cui credidistis, cuiq; vos subdidistis.

Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet & colligent eum & in ignem mittent & ardet.) Confundit hic euangelista, vt aliàs sæpe temporũ proprietates, quanq; id frequenter ad epi

tasin

rasin faciat, quò videlicet magis exprimatur rei certi tudo. Quod ergo habet euangelista neglecta temporis ratione, ita iuxta simplicem intellectum conuerti poterit. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes & exaresset: deinde colligẽt eum & in ignem conijcient & ardebit.

In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum affera. Et hic hypallage temporis est, pro eo quod est. In hoc glorificabitur pater meus, si copiosum fructum attuleritis.

Me priorem uobis. Græce est ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν, id est, me prius quàm vos, siue etiam, me qui sum primus vestrum. E.

Sed ut impleatur sermo. Necesse est subaudiri quopiam quod perfectam reddat orationem. Sed id faciunt, vel me oderunt, vt impleatur sermo. Et vt cõsequutionem hic non dicit causam. Eu.

Odio me habuerunt gratis.) Id est, sine causa. Locus est psal. 34. c. & 68. a.

Ex capite XVI.

De iustitia uero, quia ad Patrẽ uado. Tectè hac epexegesi dominus iniustã mortẽ suam indicauit. Nam iustitiã illam dicit qua ab æmulatoribus seu sectatoribus iniustitiæ quam ipsi falso iustiam dicebant iustus & irreprehensibilis dominus condemnatus est. De iustitia ergo arguet mundum Spiritus ille veritatis, hoc est ostendet quòd iniustè occisus sim, quia ad Patrem omnis iustitiæ autorem propero, ad quem vtique ni iustus essem properare haudquaquàm possem. Epexegesis antedictorum ex positio.

De iu-

De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.) Multa dedere Iudęi de Christo iudicia, quòd dæmonium haberet, quod per Beelzebub eij ceret dæmonia, quòd à Deo non esset, & id genus multa, quæ omnia falsa fuisse Spiritu arguente declarata sunt, dum huius mundi princeps diabolus victus, eiectus & condemnatus est. Vel, de hoc ipso iudicio arguetur mũdus, quo foras missus est diabolus, quem tamen semel eiectum, rursum sibi dominari permittit. Siue vt hoc ipsum apertius dicã, propterea arguetur mundus, quòd iudicium quo condemnatus est huius mundi princeps irritum fecerit.

Aliâs inter rogabitis.

*In illo die me non * rogabitis quicquam.*) Videtur hic locus aduersari ei quod subditur, Amen dico vobis si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis: & rursus ei quod paulo inferius dicitur, In illo die in nomine meo petetis. Huic responderi poterat quòd quum tam ἐρώτησιν quàm rogabitis nũc interrogationem nunc precationem indicet, hoc loci non precationem sed percontationem declaret. Verum quum Chrysost. & hunc sequutus Theo. manifestè vtranq; attingant significantiam, dicendum si rogabitis pro orabitis accipias, hunc locum cum illo congruere, qui infra scribitur, Et non dico vobis quia ego rogabo Patrem. Sed vt apertius perspicias nullam in locis illis esse pugnantiam, & vt euidentior sit præsentis loci sub vtraq; etiam ipsius verbi acceptione intelligentia, ipsius Theophylacti qui Chrysostomo paulo est dilucidior commẽtum subscribo. Quando resurgam, inquit

Inqt, tunc veniet super vos paracletus, et inducet vos in omnem veritatem, meq; nō rogabitis quicquam tale quale prius, Quo vadis? & Ostende nobis Patrem: omnia enim scietis in Spiritu. Vel rogabitis, hoc est, obsecrabitis, orabitis. Quum igitur ex mortuis resurrexero mittam vobis paracletum, tunc nō me rogabitis, hoc est, petetis ita vt sim vester mediator: sed sufficiet vobis nomen meum, vt â Patre accipiatis petitiones. Ostendit igitur hoc loco nominis sui virtutem: siquidem quum neq; videtur neq; obsecratur, sed quum nominatur solum, talia facit. Ioh.16.c.

Hæc in prouerbijs loquutus sum.) In prouerbijs seu parabolis loqui se asserit, quia ob imbecillitatē suam discipuli ad plenum non intelligebant quæ dicebantur. Vnde & supra dixerat, adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Et item discipuli. Quid est hoc quod dicit nobis modicum? Nescimus quid loquitur. Supra.b. Supra.c.

Venit homo, &c.) ἔρχεται, præsentis temporis est vel futuri.

Et non dico uobis, quia ego rogaui Patrem de uo. Ipse enim Pa. a. uos.) Non erit inquit necesse, vt pro vobis apud Patrem interpellem, quum in fide fueritis solidati: ipse enim Pater maximo tum amore vos prosequuturus est, vel vestras ipsorum quas in meo nomine funderis preces benignè est exauditurus. Alio modo: Non negat rogaturum se Patrē pro illis: sed non dico inquit, hoc est fileo interim quod rogaturus sim Patrem pro vobis. Interpellat autem pro nobis Christus iuxta quod homo est, iuxta q̄d Deus est vnà cum Patre nos exaudit, teste Au. Cā.

Ecce nunc palam loqueris & pro.nul.dicis.)Diuus Augustinus ita interpretatur, vt dicat Apostolos vsq; adeo non intellexisse quę dicebantur, vt nec sal tem non se intelligere intelligerent. Nil vetat tamen quo minus simpliciter hoc iuxta quod verba sonãt intelligamus.

Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi ut quis te interroget. Quia enim paulo superius quærentibus inter sese Apostolis quid nam hoc esset quod dixerat, modicum & non videbitis me, &cæt. dominus illorum interrogationem præoccuparat dicens, de hoc quæritis inter vos, &cæt. intelligebant occulta etiam cordis illum cognoscere propterea dicunt, nunc scimus quod cognoscas omnia, nec opus est vt quisquam te interroget. Theophylactus tamen posteriorem hanc clausulam ita edisserit quasi euangelista dixisset, non opus est tibi vt quenquam interroges. De hoc etiam plura Augustinus.

Ecce uenit hora & iam uenit.)Alterum præsentis vel futuri ἔρχεται, sequens præteriti temporis est, ἐλήλυθεν.

Ex capite XVII.

Potestatem omnis carnis.)Carnem pro homine posuit, per synecdochen totum à parte designans.

Non pro mundo rogo.)Orat quidem pro omnibus dominus, sed non omnibus efficax est ipsius precatio, nempe ijs qui veritati credere renuũt, quos hic mundi nomine designauit. Vel non interpellat

lat pro incredulis dominus, quia vt pro ipsis interce dat nolunt.

Et iam non sum in mundo.) In mundo se esse negat, propterea quòd hunc corporali præsentia mox erat relicturus.

Et pro eis ego sanctifico meipsum.) Hoc est, sacrifi cium memet immolo. Sancta enim propriè dicun tur quæ Deo dedicata atque consecrata sunt. Et san ctificare quasi sanguine consecrare est.

Vt sint & ipsi sanctificati. Hoc est, à mundo sepa rati, & Deo oblati.

Pater iuste, mundus te non cognouit.) Iuste non aduerbij sed nominis particula est vocatiui casus.

Ex capite XVIII.

CEdron.) Sic dictus est torrens ipse à nigrore, vel mœstitudine vel obscuritate. קדרות enim hebræis nigredo tristitia & tenebræ interpre קדרון ve tatur. Est autem idem torrens de quo 2. Reg. 15. & ro denigra 3. Regum 15. legis, à quo etiam locus ipse in quem tus & tri torrẽs delabit conuallis Cedron denominatur quar stis. to Regum vigesimotertio. Quod autem in græcis scribitur τοῦ κέδρων præposito scilicet articulo plurali, (quum ϭοῦ κέδρου euangelistam scripsisse verisimillimum sit) scribarum id errore accidisse arbitror, qui κέδρων existimauerint casus esse genitiui pluralis, ab arbore nomine cedrus: nam præterquam quòd hebræum est non græcum vocabulum, in libris Regum apud græcos nullus ei præponitur articulus. Cæterum torrens (si quis

Torrẽs qd. hoc forte requirat) propriè fluuium significat è pluuijs generatum, qui hyeme quidem fluat, æstate vero siccetur.

Tribunus.) Non est græcè δήμαρχος quo tribunum plebis designant, sed χιλίαρχος quo tribunum militum denotant: quanquam iuxta compositionem illud princeps populi, hoc princeps mille virorum propriè interpretatur.

Erat enim socer Caiphæ.) Hoc est, vxoris Caiphæ pater. Caiphas autẽ Annæ erat gener, quia hic illius filiam habebat vxorem.

Et dixit ostiariæ et introduxit Petrum. Hoc Chrysostomus ita exponit tanquàm euangelista scripsisset ad hunc modum. Et dixit ostiariæ vt introduceret Petrum.

Vt manducarent Pascha.) Id est, agnum Paschalẽ: non azymos panes tantum vt nonnulli arbitrãtur.

Dixerunt ergo Iudæi. Nobis non licet interficere quenquã, ut sermo Iesu impleretur quem dixit, significãs qua morte esset moriturus. Dicunt Iudæi, nobis non licet interficere quenquam, crucis videlicet supplicio, atq; ita implendus erat sermo Christi quo significarat nõ à Iudæis lapidandũ se aut alio quouis mortis genere interimendum, sed tradendum gentibus, vt ab ipsis cruci affigeretur, quod genus mortis vt à Iudæis inferri cuiquam erat illicitum, ita propter mortis huiusce modi maiorem ignominiam sic maximè Christum interire desiderabant. ☉.

A temetipso hoc dicis an alij tibi dixerũt de me? &c. Nihil causæ erat quur hoc sciscitaretur dominus, qp

pe qui

pe qui vt Deus non ignoraret Pilatum id à delatoribus Iudæis didicisse, verum iuxta exteriorem rei gestæ narrationem duplex huius interrogationis ratio assignari potest. Vna quia ipso Iesu in prætorio constituto, delatio illa foris extra prætorium facta fuerat, atque ita ignorare videbatur quid esset delatum: altera quia pro diuersa Pilati responsione, diuersimode etiam Christus respondere poterat. Etenim si dixisset ex meipso, sensisset procul dubio de regno humano ac labili, tum negare simpliciter potuit Christus eiusmodi se esse imperij regem. Verum quum subijciendo, gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi, indicaret à Iudæis id se accepisse, qui de Meschię sui regno loquebantur, iuxta hoc illi respondit regem se esse & regnum suum nequaquam esse vt cæterorum terrenum & tranſitorium, sed cœleste & æternum.

Ca.

Gẽs tua & põti. tui. tr.

Regnum me. nõ est de hocmũ.

Ego in hoc natus sum & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhi. ueritati.) Pro sermonis consequentia aduertendum duo Pilatum ex Christo scisciatasse, an rex esset Iudæorum, & quid commisisset. Priori scisciationi responderat dicens regnum meum non est de hoc mundo, nunc alteri respondens ostendit se nihil commisisse piaculi, sed veritatem prædicasse, & ob hanc causam adduci, & deferri se apud iudicem.

Ex capite XIX.

LIthostrotos, *hebr. autem gabatha.*) Λιθόστρωτος interpretatur lapide stratus. Gabatha alituto vel excelsum Chaldæis dicitur. Est autem

M. גבתא Chaldaicũ terminatione, sed Hebræum origine. Quod enim Hebræi גבה hoc Chaldæi adiecta suo more literula גבתא dicunt.

גבה altitudo.

Erat autem parasceue Paschæ.) Nimirum in qua præpararent sese Iudæi eodem vesperi comesturi agnum paschalem, & postridie suum Pascha celebraturi. Quur autem Iudæi die veneris, Christus vero cum discipulis suis die Iouis paschalem agnum comederit, apud Luc. diximus ca. 22. ibi, Appropinquabant autem.

Hebraicè autem golgoltha. Est quidem גלגלתא hebraica vox origine, quemadmodum & gabatha, sed in Chaldaicam vel Syram formam deflexa. Est autem peculiare Chaldæis Hebręis vocibus vti adiecta syllaba. Ex hebræo enim במה id est, collis Chaldæi faciunt במתא, ex חרב id est, gladius חרבא. Ita ex גלגלת quod cranium signat, faciunt גלגלתא golgoltha.

M.

Et tunicam.) Per tunicam intelligimus vestem interiorem, quam Euan. χιτῶνα vocat: per vestimenta quæ Euan. ἱμάτια vocat amictus exteriores. Siquidem ἱμάτιον pallium declarat.

Desuper contexta per totum.) Hoc est, à summis ad infima vsque contexta. Sunt enim hæc veluti interpretantis verba, eius quod prius dixerat inconsutilis. Nonnus siquidem totum illud, ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄῤῥαφος ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου, hac explicuit paraphrasi, Ος τις ὅλος ὁ ὕπερθεν ὁμοῦ καὶ ἔνερθε φορῆος ἄῤῥαφος ἦεν ὑπαντὸς ἀπ' αὐχένος εἰς σφυρὰ λύγων, id est, quæ tota supernè pa-

nè pariter & inferne, vt geſtamen inconſutile contexta erat à ceruice ad talos vſq; prominens.

Maria Cleophæ.) Quæ fuerit hæc Maria, & vnde Maria Cleophę dicta ſit ex ſubiectis diui Hie. verbis cognoſces. Sic enim ſcribit aduerſus Hel. Reſtat inquit concluſio, vt Maria iſta quæ Iacobi minoris ſcribitur mater, fuerit vxor Alphæi, & ſoror Marię matris domini, quam Mariam Cleophę Io. euã. cognominat, ſiue à patre, ſiue à gentilitate familiæ, aut qua cunq; alia cauſa ei nomen imponens. Si autem inde tibi alia atq; alia videtur, q̃d alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater, & hic Maria Cleophę, diſce ſcripturæ conſuetudinem, eundem hominem diuerſis nominibus nuncupari. Mar. 15.

In ſua.) Hoc eſt, in ſuam curam, vel in ſuum ius.

Vt conſummaretur ſcrip.) Nimirum illa qua ſcriptum eſt pſal. iuxta ſupputationem latinorum 68. Et in ſiti mea potauerunt me aceto.

Spongiam plenã aceto, hyſop. circũp. obtu. ori eius. Sentit ſpongiam aceto imbutam impoſuiſſe hyſopi ligno, itaq; porrexiſſe ori Chriſti: aut ſecundum quoſdam ſpongiam circumpoſuiſſe calamo (vt alij referunt Euangeliſtæ) idq; hyſopo (vt hic ſuppleſſe intelligatur quod cęteri tacuerunt) hoc eſt, nexu & colligatione hyſopi, atq; ita obtuliſſe ori eius.

Latus eius aperuit.) Pro aperuit græce eſt ἤνοιξε à νύσσω, quod ſignificat aperio, & nonnunquàm pungo. Verum huic loco magis congruit vt cum vulgato interprete pro aperuit accipiamus, aut certè (quod magis arridet) ἤνοιξε legamus, quemadmodum & Diuus Auguſtinus diligenter

indicauit vocis huius mysterium ita scribens. Vigilanti verbo vsus est Euang. vt non diceret latus eius percussit, aut vulnerauit, aut quid aliud, sed aperuit, vt illic quodammodo vitæ ostium panderetur, vnde sacramenta manauerunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est non intratur.

Ex capite XX.

VNa *autem sabba.*) Hoc est primo die post sabbathum.

Vidit & credidit.) Supple verum esse
Θ.A. quod narrauerat mulier dominum à monumento sublatum.

A. *Abierunt ergo discipuli ad semetip.*) Id est, eo regressi sunt vnde venerant.

Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum, uade autem ad fratres meos & dic eis: Ascendo ad patrem meum.) Nil erit quod hic nos offendet, si aduertamus tropo quodã non absimili ei quem Græci ὕστερον πρότερον vocant inuersum esse orationis ordinem. Sic enim habet sententiæ ordo: Ne me tãge, sed quia nondum ascendi ad patrẽ meum vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, et pa.ve. Quod si illud ascendi accipiamus vice præsentis positum, poterit & hoc pacto intelligi seruato videlicet verborum ordine. Ne iam inquit in me tangendo sis occcupata, necdum enim discedo, 40. adhuc dies vobiscum versaturus, quibus dabitur opportunius me amplectendi copia: quin potius propera ad Apostolos meos, & reuoca illis in memoriam id quod nuper illis prædixi,

ascen-

ascensurum me ad patrem, meum pariter & ipsorũ, Hæc iuxta simplicem historiæ sensum dicta sint. D. Aug. vero, cuius sententiã in Mat. protulimus ca. 28. & D. Hier. in epist. ad Hedi. hunc locum pertractans quæst. 5. mysticũ potius sensum sequuntur. Cęterum apostolos fratres appellat, iuxta humanæ rationem cõditionis, & propter vnius Patris cœlestis communionem.

Thomas autem unus ex 12. qui di. didymus.) Thoma chaldaicè græcè didymus, latinè geminus interpretatur, scilicet ille qui vno eodemq; partu natus cũ altero est. Hebraicè autem תאם theom dicitur: a q̃ Chaldaicum illud תומיה deducitur.

Ex capite XXI.

Pvlmentarium.) Græcè quidẽ est προσφάγιον, quod pulmentarium signat: Verũ hic vtrunq; pro genere positum est, non pro specie, hoc est pro cibo aut certè, pobsonio. Et Pli. li. naturalis hist. 18. ca. 8. dum tradit Romanos longo tempore pulte non pane vixisse, & inde pulmẽtaria dici cæpisse, indicare videtur omnem cibum dempto pane sua ætate pulmentarium vocatum fuisse. Quum ergo dicit μὴ τι προσφάγιον ἔχετε, quasi ignorans scisciatur, vtrumne ciborum aut eduliorum aliquid haberent.

Et quum tanti essent.) Græca vox τοσοῦτοι sicut & alibi indicauimus anceps est ad tanti & tot. Aug. de magnitudine interpretat: & tamen ipse sermonis tenor magis postulat, vt de multitudine accipiamus

Nemo audebat discumb. inte. tu quis es, sciẽtes quia

do.est.)Hoc est secundum Aug. nemo audebat dubitare quòd ipse esset. Tanta enim erat euidentia veritatis, vt eorum non solum negare, sed nec dubitare quidē vllus auderet. Iam quod in nostris discumbentium, & eius loco in græcis est discipulorum, id est, μαθητῶν vtrunq; ab explanatoribus aut scribis adiectum suspicor, ne quis existimaret nemo vniuersaliter omneis excludere. Siquidem Chry. neutrum legit: sed nec Aug. legisse videtur, quantum ex ipsius commento coniicere licet.

Hoc iam tertio mani. est Iesus discipulis suis.) Quā doquidem tres tantum in hoc volumine apostolis peculiariter factæ narrant apparitiones: quarta nāq; quæ prima describitur Mariæ Mag. facta est. Vel secundum alios de dierum numero accipi potest quorum primus est dies resurrectionis, secundus dies resurrectionis octauus, tertius qui hic describitur, quēadmodum fusius id docet Aug.

Li. de con. euan. 3. ca. 25. m.

Eum uolo manere do .ue. Dupliciter exponi potest. Primo, nolo eum extingui tecum morte violenta, quemadmodum tu Petre ad exemplum mei crucis es supplicio interimēdus, sed superstitem esse post tuum decessum, donec veniam ipsius animam absq; martyrio susceperus. Item volo eum manere à te seiunctum in Galilæa, Asia & alijs regionibus, donec veniam illum vbi mihi visum fuerit similiter probaturus per Domitianum & alios, & tandem quando & quo libuerit modo ad me acceperus. Ne possit autem sic accipi manere donec veniam, hoc est, nō oppetere mortem, quoadusq; aduenian iudicaturus viuos & mortuos, sequentia Euangelistæ verba prohi-

prohibere videntur quum subdit. Et non dixit Iesus non mor. sed si sic eum volo ma. donec ve. quid ad te? Aduertendum autem quocunq; modo accipias, sermonem esse conditionalem non adfirmatiuum. Qui plura desiderabit ad Aug. recurrat commentarium: nam is copiosissime præsentem locum pertractauit.

Nec ipsum arbitror mundum capere pos. eos qui scri. sunt li.) Et hic locus non vno modo accipi potest: Primo citra hyperbolen, vt quemadmodū mūdus Spiritum Christi non capit, vtpote mundo maiorem, ita nec euangelij intelligentiam omnem humani ingenij capacitatem exuperantem à mundo ad plenum capi posse, intelligamus: Secundo vt hyperbolicos ita dictum accipiamus, ad designandam magnam librorum multitudinem, si singulatim omnia descripta fuissent. Postremo mundi nomine intelligi possunt homines mundana sapientes. Opera autem Christi diuina prorsus sunt, ac cœlestibus mysterijs referta, quæ nec à totius mundi hominibus, quāuis etiam humana sapientia præditis, possunt comprehendi.

IN

IN ACTA APOSTOLORVM SCHOLIA.

Ex capite I.

Sq; *in diem qua (præcipiens apostolis per Spiritum S. quos elegit) assumptus est.)* Hæc verba prçcipiens ap. per Spiritum S. quos elẽ. per parenthesim interiecta sunt, vt hic sit ordo verborum. Sermonem feci de omnibus quæ cæpit Iesus vel facere vel docere, ad eũ vsq; diem quo assumptus est rursus in cœlũ. Assumptus est inquam, sed nõ prius quàm per Spiritum S. mandata dedisset apostolis suis quos delegaret, (siquidem præcipiens hoc est ἐντειλάμενος præteriti temporis est) vt intelligas per Spiritum sanctum p̃cepisse quemadmodũ in digito Dei legit dæmonia
Mat. 28. d. eiecisse. Illud autem prçcepit apostolis nempe vt profecti docerent omneis gentes, baptizantes eas in nomine Pa. & F. & Spiritus S. docentes illos seruare quæcunq; ipsis mãdasset. Vel quũ præcepisset apostolis per Spi. S. hoc est, quum spiritualia illis verba fuisset non humana loquutus. Hanc autem vtranq; interpretationem ex Chry. hausimus commentarijs, si quis forte nobis diffidit.

E. *In multis argumentis.)* Hoc est varijs indicijs per quæ fides conciliaretur rei alioqui dubiæ.

Sabbathi habens iter.) Aberat enim mons Oliuarum à Ieroſolyma ſtadijs plus minus 15. hoc est duobus milibus passuum, quantum itineris spacium fas erat Iehudæis emetiri Sabbathis. Sic enim dicere solent,

ient, vt refert Hier. ad Alga. quæſ. 10. Rabbi Aakiba & Simeon, & Hille magiſtri noſtri tradiderunt nobis, vt bis mille pedes ambulemus in ſabbatho. Et Oecume. Vnum inquit miliare quod erat iter ſabbathi, vt ait Orig. ς. ſρωματῶν, ſiue miſcellaneorum 2000. cubitorum erat: idq; potiſſimum quod ſanctum tabernaculum & arca tanto interſtitio caſtrorum ordinem p̃cedebat, & à tanto interuallo tentoria figebant, quo ſpacio licebat iis qui caſtrametati erant ſanctum tabernaculum accedere ſabbatho. Hactenus ille. Quod aũt Hie. dicit 2. miliaria Oecume. vero vnum tantum, intelligendum puta 2. eſſe miliaria Italica ſed vnicum Gallicanum, illudq; per breue, hoc eſt iter mediæ horæ, ſicuti nobis retulit quidam qui in ea regione aliquot annos exegit: & quẽ admodum etiam colligi poteſt ex eo quod Hie. dicit bis mille pedes, id eſt, paſſus, Oecume. vero bis mille cubitorum.

Et quum introiſſent, in cœnaculum aſcenderunt.) Animaduerte diſtinctionem. Et quum introiſſent ſub. Ieroſolymam, aſcenderunt in cœnaculum, hoc eſt in ſuperiorem partem domus, ſiue tabulatum, id enim græca vox ὑπερῶον declarat.

Poſſedit agrum de mer. iniq.) Annotauit hoc Be. poſſedit more ſacri eloquij dictum eſſe pro poſſidere fecit, nimirum ex hebraici idiomatis imitatione. Nec enim ipſe Iudas iniquo prẽcio emptum agrum poſſedit, aut precio illo iniquo ſibi ἐκτήσατο parauit, ſed relatis pecunijs alijs emendi occaſiõem prẽſtitit.

Suſpenſus crepuit medius.) Πρηνὴς γενόμενος

ἐλάκησε μέσος, etiam esse potest pronus & decliuis factus, id est, vultu deiecto in terram diruptus est medius. Expressit autē gestū & habitū laqueo p̄focati. Sed diuersa sunt & latinis hactenus inaudita quę hac de re Oec. refert, ita scribens. Iudas suspendio è vita nō discessit, sed superuixit. Deiectus est enim priusq̄ p̄focaretur: idq̄ apostolorū acta indicant q, pronus crepuit medius. Hoc aūt planius scripsit Papias Ioh. apo. dis. dicens. Ad magnum impietatis exemplū in hoc mūdo permānsit Iudas. Intantū em̄ corpore inflatus vt ,pgredi non posset, quū currus leui cursu pertransiret curru cōpressus est, ita vt effunderent eius intestina. Alio mō. Corpore em̄ adeo inflatus est, vt neq̄ posset ,pgredi q̄ currus leui cursu pertransibat: imò ne solū quidē capitis tumor: siqdem & palpebras oculorū eius adeo intumuisse ferūt, vt lumē omnino videre nō posset: oculi vero illius neq̄ ἀνόπτους nēpe instrumēti medicorū adminiculo apparere possent, tāta ,pfunditate ab exteriori aspectu etiāt separati. Genitale vero illius mēbrum oēm excedebat obscænitatem ac magnitudinem. Porro sanies ac vermes contumelioſe confluentes ex toto ipsius corpore ferebantur, egredientes per sola loca secretiora. Post multa vero tormenta & vltiones quum in suo prędio vt aiunt mortuus esset, præfectore prędium illud desertum permansit, & non habitatum vsq̄ in hodiernū diem. Sed neq̄ ad hoc vsq̄ tempus locum quisquam prętetire potest nisi obturatis manu naribus. Hæc ille. Quomodo hęc non pugnent cū euangelio Mat. 27. idem docet ante hęc verba Oec. quod breuitatis causa omitto.

Scriptum est in li. Psal.) Respiciendum est ad superio-

periora vbi scriptum est: oportet impleri scrip. quam præ. S. S. per os Dauid de Iuda qui fuit dux &c.

Vt abiret in locum s. Sentit de Iudæ loco ni fallor, in quo præfocatus est.

Ex capite II.

TAnquàm ignis. πυρὸς paterni casus est.

Varijs linguis. Græcis quidē est ἑτέραις alijs, sed pro varijs positum iuxta veterum interpretationem, nisi forte aliud illis lectum sit. n.

Hora diei tertia. Quæ Germanis est octaua, aut interuallum inter septimam & 8.

Virum approbatum à Deo in uobis. ἄνδρα ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς, verti potest, virum à Deo vobis demonstratum virtutibus &c. Nisi forte legendum sit ἀποδεδειγμένον, id est, probatum & commendatum. E.

Hunc definito consilio & præscientia Dei traditū. Diuina ordinatione ac dispositione traditum dicit, ostendens nil illos potuisse aduersus eum, nisi ita decretum fuisset altissimi consilio. Græca nonnihil discrepant à nostris, sed in sensu minimum est discrimen. Ea si quis forte desiderabit sic habent. τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ θεοῦ ἔκδοτον, λαβόντες διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλετε. Quæ ita sonant. Hunc decreto consilio ac præscientia Dei exhibitum accipientes per manus exlegum affigentes interemistis. n.

De fructu lumbi eius sedere. Sub. aliquem super sedem eius, hoc est super thronum Dauid.

Dixit

Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis.) Hoc est, Deus Pater dixit Filio suo Christo, vt ascendens rursus in cœlum sederet à dextris sibi. Quod autē nos dicimus dominus domino, apud Hebræos diuersa sunt nomina, quorum prius est tetragrammaton illud יהוה soli Deo proprium, alterū אדני adonai, quod etiam in hominem competit.

Prouidens. Prospiciens ac præuidens. Corripit autem med. quanquàm hoc minutius fortasse quàm vt admoneri oportuerat.

Effudit hoc donum quod uos uid. Donum ab aliquo adiectum est, quo sensus redderetur euidētior. Beda legit hunc quem videtis, Spiritum S. intelligēs. Atq; id sanè magis quadrat, quòd spiritus græcis sit neu. gen. vt commodè subaudiri possit in τοῦτο. Hieron. in Didy. de Spiritu s. li. 3. vertit vt nos vulgo legimus, itidem & Cypr. vel Ruffinus potius in expositione Symboli.

Et appositæ sunt in die illa animæ circiter 3000. Appositę sunt cœtui videlicet discipulorum Christi: animæ hoc est homines per synechdochen circiter mille. Quod autem putant quidam hanc loquendi formam, animæ circiter tria milia, illatinam esse ac barbaram, falluntur: nam & apud probatissimos autores reperiūtur huiusmodi eloquutiones. Vt Cice. in Ver. tritici modios quinq; milia dixit. Et apud Pli. Martius rex salis modios sex milia in congiario dedit populis.

Ex capite III.

Bases. Hic ipsos pedes dicit, quibus ceu basibus nititur totius corporis pondus. Plantę propriè imi

imi pedes sunt.

Quum teneret autem Petrum & Io. Quum tenēret, subaudi is qui sanatus fuerat claudus: nam id ex primitur in græcis, sed adiectū vt opinor ab aliquo explanatore. Certè Chry. tamē addit sanatus. In hoc autem declaratur sanati erga ipsos apostolos vehemens amoris ac beneuolentiæ adfectus, quem etiā tactu atq; complexu testaretur.

Nostra uirtute aut pietate. Pietatem intelligit religionem siue cultū diuinum, quasi hoc ipso digni haberentur diuino fauore ad huiusmodi opus perficiendum, quod ita haudquaquam esse ingenuè testantur. ñi.

Vt quum uenerint tempora refrigerij à conspectu domini.) Sermo anapodoton habet, & subaudiri debet, vt solatio perfruamini, quum venerint tempora ref. hoc est consolationis, aut aliquid simile. Quod autem additur à conspectu do. intelligendū est eam consolationē à vultu & conspectu dñi proficisci. Possunt tamen græca & aliter intelligi: pro quibus Tertul. li. de resur. carnis suppresso τοῦ ἄγ, vt sæpe id ad sensum parum aut nil habet momenti, legit, vt tempora vobis superueniant refrigerij ex persona Dei, & mittat præsignatū nobis Chr. &c. Cui consentit & Iren. vti deleantur inquiens peccata vestra, & veniant vobis tempora refrigerij Domini & mittat præparatum vobis Iesum. ñi. Vide locū. Ir. li. 3. c. 12.

Moyses quidem dixit.) Et hic locus glossæ commistione adauctus apparet apud Græcos. Μωυσῆς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας εἶπεν, Moyses nan-

que ad patres dixit. Exponit autem quare dixerit qui prædicatus est vobis,&c.

Tanquam me ipsum audietis. Græca nil habēt amphilogiæ, necessarioq; postulant constructionem. Prophetam de fratribus vestris sicut me, suscitabit vobis dominus,illum audietis.

Ex capite IIII.

SI nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi,in quo iste saluus factus est,notum sit omnibus uobis. Apud Euangelistā ita legimus. Εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσωσται, γνωστὸν ἔστω πᾶσι, &c. Quibus verbis quum D. Pet. rationem reddat principibus scisscitantibus, qua nam virtute, cuiusq; nomine opus illud curationis fecisset, fortasse magis quadrabit si hoc pacto interpretentur. Quia nos hodie examinamur vel interrogamur ob beneficiū homini infirmo collatum, per quid quaue ratione hic saluus factus sit, notum sit omnibus vobis, simul & vniuerso populo Israel, quòd per nomen Iesu Christi &c.

In hoc iste astat.) Non est ἐν τούτῳ, vt ne causa significari putetur, nec ἐν τόπῳ, vt tempus vel locus intelligi possit, sed ἐν τούτῳ, id est, per hunc, vt subaudias Iesum, vel per hoc, vt subintelligas nomen Iesu.

Factus est in caput anguli.) Vtrunq; populum Iudæos

dęos videlicet & Gentileis quasi duos parietes connectens. Quod autem nobis est caput, Hebræis est ראש quod illis nunc caput, nunc summum, nunc initium declarat.

Petri constantiam, & Io. Παῤῥησία certius aliquid declarat, nempe in dicendo constantiam.

Annunciauerunt eis quanta. Pro quàm multa posuit, sicut & aliâs: Refertur enim ὅσα propriè ad numerum: & frequenter etiam quæcunq; sicuti hic significare potest significat. Quod autem ὅσα rectè quanta interpretatur, maxime si de quantitate accipias discreta, perspicuum fit ex illo Luc. 4. ὅσα ἠκούσαμεν γενόμενα ἐν τῇ καπερναούμ. L. n.

In eo quòd manum extendas. Id est, extendendo manum tuam. Id enim est, ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε.

Ad sanitates & signa & prod. fieri. Græcam phrasim reliquit interpres, pro eo quod est, vt sanitates, signa & prodigia fiant.

Ex capite V.

FRaudauit *de precio agri.* Hoc est, partem precij subtraxit.

Et uenun datum in tua erat po. Id est, precium venditæ possessionis, nonne tibi seruare poteras?

Quid utiq; conuenit uobis tentare Spiritũ domini? Id est, quid est quod in hoc consentitis vt tentetis spiritum domini?

Et omnes qui cum illo erant (quæ est hæresis Sadducæorum) repleti sunt zelo.) Perinde est, ac si dicat: Et quotquot cum illo erant, qui factionis erant Sadducæorum inuidia efferbuerunt. Hęresis ab αἱρεῖσθαι hoc est, ab eligendo dicitur, quando scilicet aliquis spretis aliorum sententijs sibi pro suo arbitratu eligit, quod sequatur: quemadmodum Sadducæi citra aliorum opinionem corporis negantes resurrectionem, animam simul cum carne perire dicebant: spiritum, aut angelum nullum esse credebant: deniq; spretis prophetarum vaticinijs, Pentateuchũ Moysi tantum recipiebant.

B.

Ambigebant de illis, quid nam fieret.) Græcè est, ambigebant de illis, quid nam futurum esset hoc, id est, quorsum hæc res esset euasura.

E.

Dissecabantur.) Præ ira scilicet, & furore.

In diebus professionis.) Dies professionis vocat dies descriptionis: de qua habes ad apud eundẽ hũc scriptorem euangelij sui ca. 2.

Ex capite VI.

Murmur Græcorum adue. Heb.) Gręcos siue ἑλληνιστὰς Helleniſtas appellat Iudęos inter Helleniſtas, hoc est, gẽtileis natos, & ob id gręca lingua loquentes: vel fortè gentileis Ieroſolymæ agentes, ſed ad Iudaiſmum conuerſos.

G.o.N.

Eò quòd despicerẽtur in ministerio quotidiano uiduæ eorũ.) Variè exponi poteſt præſens locus. Poteſt enim ſic accipi quaſi uiduę Gręcorũ indigniores haberen-

G.o.

haberentur, quæ ministrarent apostolis alijsq; discipulis: siue, quòd ipsis non prospiceretur de necessario victu ad sufficientiam, quemadmodum & cæteris Hebrçorum viduis: vel, quòd viduæ Græcorum, ad sordidiora aut etiam molestiora ministeria destinarentur. N. G. E.

Prochorum & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum. Timonem, quia per ω scribitur pe. producit: cætera autem nomina, eandem corripiũt. Hoc admonere visum est propterea, quòd vsus alia malè producat: rursus, alia malè corripiat.

Nicolaum aduenam.) Προσήλυτον, id est, ex gentili Iudæum effectum.

Ex capite VII.

EXi de terra tua, & de cogn. tua, & veni in terram quam monstrauero ti. Tunc exijt de ter. Chaldæorum.) Terram & cognationem Abrahæ, vt scribit Beda, Chaldæorum patriam genusq; appellat: vnde iampridem exierat qui nunc in Mesopotamia degebat. Sed quia quaslibet ob causas egrediens spe redeundi & desiderio tenebatur, audit à domino, Exi de terra tua: non vt corpus inde traijceret, quod iam fecerat, sed vt amorem mentis euelleret. Idem super hac re sentit Aug. in Quæs. super Gene. numero 25.

Erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti eos subijcient, & malè tractabunt eos annis 400.) Sentit posteros Abrahæ quadringentis annis futuros incolas terræ alienæ, & à gentibus in seruitutem

redigendos, multisque malis affligendos. Itaque in eo quod dicitur annis 400. hyperbaton est, vt B.n. referatur ad, erit semen eius accola in terra aliena. Isti autem anni numerandi sunt à nato Isahac, vsq; ad exitum filiorum Israel ex Aegypto. Rab. autem in glos. ordi. legit annis 430. & incipit numerationem à promissione Dei facta Abrahæ, admonens interim in Gene. tantum esse 400. sed ex consuetudine scripturę minorem numerum prætermitti.

In animabus 75. Tot numerantur Exodi ca. 1. adiunctis videlicet 5. consanguineis Ioseph, & itē Gen. 46. iuxta Septu. inter. duntaxat, quorum versionem vt vulgatiorem frequentius sequuntur scripturæ apostolicæ: Nam apud Hebrœos 70. tantum numerantur. Cæterum in animabus 75. per sinechdochē positum est pro cum hominibus 75. Et in pro cum vsurpare, Hebræis est non infrequens.

Quum autem appropinquas. tempus promißionis, quam confessus erat Deus Abrahæ.) Ex historia ipsa et simul editione græca facilè deprehendi potest confessus erat hìc impropriè vsurpari, ac poni pro pollicitus erat, vel promiserat. Est enim ὃν ὥμοσεν, quam iurauit: aut quod legisse videt interpres ὡμολόγησεν, id est, spoponderat, pactus erat, vel confessus erat. Tempus autem promissionis, siue promissio hæc, ea est de qua in Gen. scribitur ca. 15. qua promiserat Deus Abrahæ quòd ipsius semen seu posteritas multiplicaretur ficut stellæ cœli: quòdq; præfinito tempore, è mancipatu Aegyptiaco, per Mosen reduceretur in terram lacte & melle manantem, suo famulatura liberatori Deo.

In

In igne flammæ rubi. Id est, in igne flammeo: vel ἐν φλογὶ πυρὸς, Id est, in flamma ignis: siue etiam in flamma ignea.

Hic est qui fecit in ecclesia.) Ecclesiam vocat congregationem illam Hebræorum transmigrãtium.

Seruire militiæ cœli.) Militiam cœli, dicit solem, lunam, stellas, Martem, Mercurium, Venerem, Saturnum, quibus gentiles diuinitatem tribuebant, ex colebantq; ea veluti numina.

In libro prophetarum.) Sub. 12. qui minores vocantur. Legitur enim hoc testimonium quod subiungitur, apud Amos ca. 5. iuxta distinctionem verò hebraicam, in fine ca. 4.

Nunquid uictimas & bestias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel? Et suscepistis tabernaculum Moloch & sydus dei uestri Remphan, figuras quas feciſtis, adorare eas. Et transferam uos in Babylonem.) Hunc locum qui est Amos ca. 5. be. Stephanus recenset iuxta Sep. interp. hoc ipso tamẽ dissentiens, quòd loco Damascum substituit Babylonem: & pro τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε ἑαυτοῖς, dixit Τοὺς τύπους οὓς ποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς. nec minus etiam discrepans à verbis hebræis, quæ ad hunc habent modum. Aliâs trãs.

חזבחים ומנחה הגשתם לי במדבר אר
ארבעים שנה בית ישראל ׃ ונשאתם את
סכות מלככם ואת כיון צלמיכם כוכב
אלהיכם אשר עשיתם לכם ׃ והגלתי א
אתכם מהלאה לדמשק ׃

Nunquid hostias & sacrificium obtuliſtis mihi in deſerto 40. annis domus Iſrael? Et portaſtis tabernaculum Moloch veſtri, & imaginem idolorum veſtrorum: ſidus dei veſtri quæ feciſtis vobis. Et migrare vos faciam trans Damaſcum. Hac autem de re, & alijs nonnullis quæ temorari lectorē poterant, quoniā be. Hier. hęc verba apud Amos pertractans, diſſeruit: ipſius hic cōmentum adſcribere viſum eſt. Non putandus eſt, inqt, primus martyr erraſſe, qui p eo q̄d in propheta ſcriptū eſt trās Damaſcū dixerit trās Babylonē. Magis eñ intelligentiā, q̄ verbū poſuit, qui trans Damaſcū ducti ſunt in Babylonē, ſiue trās Babylonem. In eo autem loco, vbi Luc. poſuit Moloch, & in hebræo ſcriptum eſt מולכם Aquila vertit μελόχ, Symmachus & Theodotio regis veſtri. Pro eo quoq; quod in Sept. legitur ῥαιφφάν, Aquila & Symma. ipſum hebraicum transferentes בירן Theo. ἀμαύρωσιν. i. obſcuritatē. Rurſum כ בעית Aquila συσκιασμοὺς. i. vmbracula: Symm. & Sept. τὴν σκηνὴν tabernaculum: Theo. tranſtulit viſionem. Et hoc in omnibus ſcripturis ſanctis obſeruandum eſt apoſtolos & apoſtolicos viros in ponendis teſtimonijs de veteri Teſt. non verba cōſiderare, ſed ſenſum: nec eadem ſermonum calcare veſtigia, dummodo à ſententijs non recedant. Hactenus ille. Moloch & Remphan, nomina erant idolorum, illud Ammonitarum, hoc Sarracenorum: & interpretatur illud rex veſter, hoc Lucifer ſiue Venus.

Transferā uos in Baby.) Quanq̄ in gręcis ſit ἐπέκεινα trans Babylonem, vti & in latinis pene omnibus legitur: tamen res ipſa poſtulat, vt ἐπέκεινα hic pro in accipiamus. Conſtat enim non trans ſed

Su.

in

in Babylonem Iudæos fuisse translatos.

Tabernaculum testim. fuit pa. &c. Hactenus Stephanus demonstrauit nec in Deum nec in Mosen blasphemum se fuisse: hic nec aduersus sanctum uerũq; Dei templum se quicquam loquutum fuisse, ostendit.

Ex capite VIII.

CVrauerunt autem Steph.) Pro extulerunt ac sepulturæ tradiderunt: nam hoc & ipse sermonis tenor & archetypi verbum συνκόμισαν postulare uidentur à κομίζειν quod interim ferre, interim curare, interim mortuum efferre, & alia quædam declarat. N. L.

Potens Candaces.) Potens, hic substantiuè ponitur, pro eo qui potestate fungitur, hoc est, pro præfecto, & primate: quem Lu. Δυνάσην vocat. Candaces genitiui casus est à Candace.

Super om. gazas. Gaza pecunias & thesauros Persis signat, quorum hic eunuchus custos erat, & præpositus.

Tanquàm ouis ad oc. duc. est: & sicut ag. coram ton. se sine uoce, sic non aperiet os suum. In humil. iud. eius subla. est. Generationem eius, &c.) Rursus Sept. editionẽ sequutus est be. euãgelista, quum hebrea aliquanto secus habeãt, verum in sensu minimũ discrimẽ est. Quod dicitur, in humilitate iu. e. su. est, vel vt hebraica sonãt verba, de angustia & de iudicio sublatus est, illud significat explanatore Hiero. quòd de tribulatione atq; iudicio ad Patrem victor ascenderit: siue quod Iudex omnium, iudicij non receperit

veritatem: sed absq; vlla culpa, seditione Iudæorum & Pilati voce damnatus sit.

Ex capite IX.

SPirans minarum & cædis in dis.) Tantundē est, quasi dicat, anhelo spiritu ad exterrendos interimendosq; Christi discipulos exæstuans. Vel, vt græca sonare possunt: efflās iram, & homicidium in discipulos.

Audientes quidem uocem. Non de Domini, sed de Pauli duntaxat voce intelligendū hoc est: alioqui cōtrarium erit ei, quod infrà ca. 22. dicitur, vocē autem non audiebant eius qui loquebatur mecum.

E. *Et uidit per uisum.*) Ipse Paulus scilicet. Nam q̄d postea re ipsa accidit, id prius loquēte ad Ananiam Christo per visum Paulo ostensum est.

n. *Et hic habet pot.*) Gręcè est ὧδε vox loci significatiua. Videtur tamen hæc vox tacitè & locum, & pariter personam, indicare.

Cōfundebat Iudæos. Cōmouebat, perturbabat, id enim est συνέχυνε ne putes hic esse pudefaciebat. Ni

n. hil tamen vetat q̄ minus sic accipiamus, quū vtraq; vox sic vsurpetur à theologis priscis, Irenęo, Cypri. Hie. etc. Vide Hie. in illud Cōfundor in vobis, Ga. 4.

Tabita quæ inter. di. Dorcas. Chaldaicam vocem Tabita, vel vt alijs placet, Tabia (scribitur em̄ טביא) euangelista gręce interpretatur δορκᾶδα hoc est, damam vel capram.

Ex capite X.

CEnturio cohortis quæ di. Italica. Gręce est ex cohorte, quo datur intelligi hunc non totius cohortis

hortis,(quę plus minus mille milites cõtinet) principem, ſed inter cęteros cohortis centuriones vnum quempiã fuiſſe:Ni.Per.diuerſa cõmemorans cohortum genera,tria tãtum ponit numero diſparia,quorum primum mille centum quinq; peditibus cõſtabat,eq;tibus loricatis centũ quinquaginta duobus: quod etiã miliarium ſeu miliaria cohors appellata eſt.Secundũ quod etiam à numero ſuo quingentarium dictum eſt,555.pedites,equites verò 66.habebat.Tertiũ ſimiliter milites quidem 555.pedites verò 56.tantum continebat.Teſtatur quoq; idẽ Perot. primum cohortis genus ſignum habere ſolitũ aquilam,quod præcipuũ eſt imperij Romani inſigne:vt hinc ſuſpicer eiuſmodi cohortem hic indicari, atq; ob id cognominatam fuiſſe Italicam. E.

Parantibus autem illis. De ſeruis,ſeu domeſticis ipſius Cornelij,loqui videtur:qui cibos appararent, nimirum ſexta iã (quæ prandij eſt iuxta quorũdam ſupputationem)hora currente.Vnde gloſ.interl.miniſtris,inquit,prandium parantibus.

Quatuor initijs ſubmitti. Hoc eſt, 4.lintei ipſius finibus ſiue angulis,vel vt Au.legit lineis demitti. Li.de gen. ad li.12.c. 11.

Ne cõmune dix. Omne immundũ ſeu interdictũ hebrçi vocabant commune,propterea quod pateret omnibus ſe exceptis. Eu.li.quæſt. no.teſt.

A nudiuſquarta die uſq; in hãc ho.orãs eram hora 9.in do.m.et ecce uir ſtetit ante me. Sẽtit ſe oraſſe nõ quidẽ totũ q̃triduũ, vt verba ipſa indicare videnť, ſed die illo q ad eã horã vſq; i.ad id vſq; tẽporis,quo hęc cum Petro loquebatur,quartus fuerit:& illo eodem die conſpectum ſibi angelum, orãti ſcilicet circiter horam

horam 9. Atq; hunc esse sensum precedentia Lucæ verba manifestant, vbi sub suo nomine hanc eandē historiam premittit: & 4 enumerat dies, qui inter angeli apparitiōem, & Cornelij cū Petro colloquium interceſſerunt. Quare & in nonnullis codicibus ita scriptum est: Quarto ab hinc die vsq; in hāc horam, orans eram hora 9.

Verbum misit Deus filijs Israel annuncians pacem per Ies. Chr. hic est om. Dominus. Vos scitis quod factum est uer. per uniue. Iudæam: incipiens. n. à Gal. *post bap. quod præd. Iob. Ie. à Naz. quomodo unxit il. Deus.* Verbum hic, præsertim 2. loco positum, iuxta proprietatem sermonis hebræi, rem, seu operationem ipsam declarat. Eius autem rei actum seu exhibitionem ait initium sumpsisse à Galilæa post baptisma Iohannis. Deinde ponit argumentū gestæ rei, nempe de Iesu Nazareno, &c. Iam vbi dicitur, hic est om. do. illud hic relatiui naturam habet, quasi dicas, qui est omnium dominus. Cæterum græci hunc locum aliquanto secus legunt, atq; distinguūt. Verbū quod misit deus filijs Israel annuncians pacem, per Ie. Ch. hic est om. do. vos scitis factū verbum per omnem
n. Iudæam, incipiens à Gal. &c. Quibus verbis Erasmus hyperbaton & parenthesim subesse putat, & accusatiuum λόγον pertinere ad verbum οἴδατε scitis, vt legatur ad hūc modum. Verbum quod misit filijs Israel annuncians pacem per I. Ch. deinde per parenthesin interficiatur (hic est om. do.) moxq; sequatur, ipsi scitis verbum inquam, quod factum est per totam
Ir. li. 3. c. 12. Iudæam, &c. Verum huic lectioni atq; constructioni refragantur Chry. & Iren. qui ab eo loco, Vos scitis,

tis, nouum faciunt orationis caput, nisi quòd in Ire. pro quod prædicauit, quidem scriptum sit.

Ex capite XI.

Svb Stephano.) Interpres legisse videtur ἐπὶ Στε- fi.
φάνου: alioqui ἐπὶ Στεφάνῳ magis est aduersus vel propter Stephanum.

In ministeriũ mittere.) Ministerium hic dicit subsidium & sustentationem, ob quam etiam ministri, hoc est, diaconi instituebantur. Est autem ecliptica oratio vt subaudiatur, ad ministerium mittere eleemosynam pecuniamúe.

Ex capite XII.

Misit Hero. rex ma. Hic est Herodes, quem Io Li. de bel.
sephus Agrippam appellat, frater Herodia- Iu. 2. c. 8.
dis vxoris Herodis Tetrarchæ, filius Aristo
buli, & frater Alexandri. Vide Suidam & Iose. Ma-
nus positum est pro potestate vel exercitu, qua signi n.
ficantia & χεὶρ vsurpatur.

Calcea te cali. t. Caligas dixit pro sandalijs, quod est in archetypo, idq; haud ineptè. Nam caligam à li
gãdo calce, id est, imo pede dici, quasi calciligam res
ipsa clamat. Et quum calx à calcando dicatur, sicut
& calceus à calce, liquet caligas nõ esse propriè tibia
lia, & genus hoc vestis quod etiam ilia tegit (quod sa
nè caligarum genus veteres nescierunt) sed soleas E.
esse, aut genus quoddam calceorum quod plantas
modo aut calces muniat.

Iußit eos duci.) Pro duci est ἀπαχθῆναι ἀπὸ τ῀ n.
ἀπάγειν, quod propriè abducere est; verum hic vel
Romano

Romano more ad supplicium abducere, vel in carcerem ejicere signat. Priorem sententiam attingit Chry. Sed quid (inquiēs de custodibus) simul ne occultati fuerunt? Quare non ergo & ipsi effugerunt? Certè Herodem oportebat admirari, oportebat obstupescere: atquì postea manifestatum est omnibus per mortem illorum & Dei miraculum, & illius malitia. Nec ineptè dixit interpretans, iussit eos duci: nā
C. & ducēdi vox ad pœnam agere, & ad mortem rapere, ἄγειν ἐπὶ θανάτῳ nonnunquàm declarat: vt apud Curtium ait Hermolaus ad Alex. Nos duci iube.

Persuaso Blasto. πείσαντες Βλαστόν, quum Blastum in suam sententiam adduxissent.

Eò quòd alerentur regiones eorum ab illo.) Pro ab illo in græcis est ἀπὸ τῆς βασιλικῆς à regia. Verum haud scio an data opera id commutatum sit, ne si legeretur ἀπὸ ἐκείνου, libera nobis esset ambigendi facultas, an ἐκείνου referat ipsum Herodem, an Blastum, qui non modo à cubiculis verum etiam & à thesauris Herodi fuisse creditur, ita vt non mediocriter Tiriis & Sidoniis potuerit commodare. Quum legis itaque ἀπὸ τῆς βασιλικῆς, à regia, scito regia hic esse adiectiuum, & subaudiendum esse non annona aut alimonia (vt volunt nonnulli) sed regione, quæ vox proximè præ
a. cesserat, vt accipias de mutuo cōmercio, quo regiones sibi mutuò succurrunt ac fulciuntur.

Populus autē acclamabat, Dei uoces et nō hominis. Hoc encomiū, Dei voces, siue vt græcis est, Dei vox, & non hominis, populus Herodi adulando acclamabat, propter eminentem in ipso eloquentiam.

Quo

Quo encomio quia se dignum æstimauit, protinus ipsum diuina est vltio insequuta. In hãc sententiam Chrysostomus interpretatur, sed omittit interim clausulam illam, & non hominis. Quidam pro φωνὴ scribendum putat, casu videlicet datiuo: quasi populus voci Dei acclamauerit in vltionem Herodis, non autem superbæ hominis voci in adulationem. Quod si φωνῇ legamus, poterit & per ab latiuum resolui. Populus acclamabat Dei voce & non hominis, id est, ea voce qua Deo acclamatur, non qua homini. Quem vtrunq; sensum nec nostra sanè lectio repudiat. Su.

Ex capite XIII.

ET *Simon.*) Idem nomen esse puto quo & Bea. Petrus appellatus est: quod quia per scheua mussans in medio Hebræis scribitur, factum est vt græci interiecta literula Simeon rectius pronuncient.

Cui nomen erat Barieu.) Diuus Hieronymus & hunc sequutus Beda admonet pro Berieu à nonnullis corruptè legi Barieſu, id quod & hodie fit à Græcis. Interpretatur autem Berieu maleficus, vel in malo, vel magus, vt ipse Euangelista paulò post interpretatur. Ba.

Elimas magus, (sic enim inter. nomen eius). Illud, sic enim interpretatur, ad magus referẽdum est, illud verò, nomen eius, ad Berieu, quòd paulo ante præcesserit. Berieu enim vt modo diximus magus vel maleficus interpretatur. Porro Elimas propriũ ipsius magi Ma.

magi nomen fuisse arbitror: quod Hiero. ad transgressionem & transgredi faciens, Lyranus vero Dei mei census & Dei mei mensura interpretatur.

Paulus & qui cum illo erant. Aptè helleniſmum declinans ſenſum reddidit interpres: nam græca οἱ περὶ τὸν παῦλον, ad verbum ita reſonant, qui circa Paulum. Sic enim loquuntur οἱ περὶ ἀρίστιππον, καὶ οἱ ἀμφὶ Σωκράτη, pro eo quod eſt, Ariſtippus cum ſuis, & Socrates cum ſuis. Bu. n.

Et deſtruens gentes ſeptem in ter. Chanaan, ſorte diſtribuit eis ter. eo. quaſi poſt quadringentos & 50. annos: & poſt hæc de. iud.) Græci ita diſtinguũt vt illud, quaſi poſt 450 annos, ad ſequentia pertineat, legentes in hunc modum: καὶ κατεκληρονόμησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν. Καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα, ἔδωκε κριτὰς, ſorte diſtribuit eis terram eorum. Et poſt hæc annis circiter 450 dedit iudices. Sed huic lectioni refragatur Chry. vt liquet ſi quis non ad Lucæ verba vt ibi poſita ſunt, ſed ad Chry. commẽtum reſpiciat, atq; item Be. qui etiam manifeſtius ediſſerit quo pacto hij anni computandi ſint, ſcribens in hæc verba. Dixerat Deus Abraham, quia erit ſemen eius accola in terra aliena annis 400. Et iterum ait, quia in Iſahac vocabitur tibi ſemen. Ab exortu ergo ſeminis vſq; ad exitum Iſraël ex Aegypto, fuerunt vt Exodus ſcribit anni 405. His adde annos 40. in deſerto, & 5. in terra Chanaan, quibus actis videtur terra quieuiſſe à prælijs, & ſors fuiſſe miſſa, & inuenies annos 450. Et tamen ex Euſe. & alijs chronographis colligi poteſt

Supra. 7. a.
Gen. 21. b.

idem

idem pene tempus etiam sub iudicibus fluxisse, si à Iosue numeres vsq; ad Saulem primum regem Hebrçorum, vt malim equidē hoc in loco Græcorum sequi lectionē. Et sanè iuxta eandem magis cohęret sermonis contextus, vt liquet expendenti.

Dabo uobis sanc. Da. fidel. Idem quod quasi exponendo subdit, non dabis sanctū tuum videre corruptionē. Be. verò secus edisserens, dabo vobis inquit, sancta da. fid. i. quęcunq; Dauid promisi, eadem vobis certissimè fidelis sponsor implebo, Christū videlicet dē eius esse stirpe nāscitūrum. Sicem Iesa. noui Testa. mysteria prægustans ait. Et constituam vobis testamentum ęternum sancta Dauid fidelia: quod in hebraica veritate legitur, & feriam vobiscū pactum semp. misericordias Dauid fideleis. Iesa. 55. b.

Dauid enim in sua generatiõe quum administraßet uoluntati Dei dormiuit & appo. est ad pa. s.) Δαυὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ ἐκοιμήθη, καὶ προσετέθη, &c. Idem quod dilucidius ita verti poterat. Nam Dauid quidem suo seculo vt inseruiuit voluntati Dei dormiuit & appositus est maioribus suis. n.

Quod dictum est in prophetis.) Hoc est, in libro 12. prophetarum, nimirum Habacuc ca. 1. Quandoquidē hoc idem volumen & supra ca. 7. librum prophetarum appellarat. n.

Exeuntibus autem illis, rogabāt ut sequenti sab. loquerentur sibi uerba hæc.) Sentit Apostolus Paulū & Bar. postq; egressi essent synagogam, rogatos fuisse à principibus synagogę, (qui prius eosdem Apostolos

los ad exigendum populo exhortationis verba nuerãt) aut certè à multitudine, vt sequẽti sabbatho eadem sibi verba proponerent. Sic audientium animos affecerat sermo veritatis semel auditus. Quanquàm nonnulli addubitant, quo nam adfectu ad id rogati sint Apostoli, præsertim ij, qui à principibus id rogatum fuisse intelligunt.

Ex capite XIIII.

A *Uersus fratres.*) Fratres dicit vel eos tm̃, qui ex Iudęis, vel eos etiã qui ex alijs nationibus crediderant.

Fiducialiter agẽtes in do. testimonium perhibente uerbo gratiæ suæ, dãte signa & prodigia fieri per manus eorum. Sermo alioq; ambiguus hoc pacto ordinari debet. Fiducialiter agentes in domino qui testimonium perhibebat verbo gratiæ suæ dando signa & prodigia quæ fierent per manus eorum.

Dij similes facti hominibus. Hoc est, dij in specie hominũ.

Paulum uero Mercurium, quoniã ipse erat dux uerbi.) Mercurius enim apud gentileis deorum nũcius & interpres habebatur: proinde & Deus eloquẽtiæ, qui linguam eloquium q; præstaret mortalibus. Vnde Mercurius iuxta nominis etymologiã quasi medius inter homines currens dicitur, quòd sermo curat inter homines medius. Græci autem ἑρμῆν, hoc est, interpretem appellant.

Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de cœlo dans pluuias.) Idem quod alijs verbis dici poterat hoc pacto: Quanquàm non sineret semetipsum illis inteſtatum esse, dum benefaciendo

faciendo è cælo pluuias daret, & quæ sequuntur.

In Attaliam. Caue legas Italiam. Producit autem pen. propter græcam diphthongon, sicut & Antiocheia & Samareia.

Deus cum illis.) Hoc est, Deus pariter & illi.

Ex capite XV.

PErtrãsibant Phœnicen. A Phœnice es: nõ à Phœnix: de hac regione plura infra dicemus ca. 27.

De hæresi pharisæorum.) Id est, de secta Pharisęorũ. Alioq ἄιρεσις electio interpretat̃, ab αἱρῶ eligo.

Vos scitis quoniã ab antiquis diebus Deus in nobis eligit per os meum audire gentes uerbum euan. Intelligendum est de prędicatione illa quando oraculo prę monitus Cęsariã petijt, vbi Cornelio & alijs gẽtibus euangelium deprædicauit, vt habes in huius operis ca. 10. Quod autem dicitur in nobis, Chry. legit in vobis, & interpretatur, in Palæstina, vel pręsentibus vobis. X.

Deus uisitauit sumere.) Iuxta gręci sermonis proprietatem dictum est, vt & alia non pauca, pro eo quod est visitauit vel potius aspexit vt sumeret: vtrũque enim signat ἐπεσέψατο pro quo Iren. habet excogitauit. Ir. li. 3. c. 12.

Post hæc reuertar & reædificabo taber. Da. Tabernaculum Dauid regnum ipsius accipere debemus, quod modo instauratũ, & in spirituale regnum cõmutatum videmus, regnante domino nostro I. Ch. X.

Notum à seculo est domino opus su. Ante mũdum conditum, definitum erat illi opus hoc, quod modo in gentium natione adimpletur.

Vt abstineant se à cõtaminationibus simulacrorum & fornicatione & suffocatis.)Hæc gentilibus maxime conueniebat præcipere, vt qui ob venerationem idolorũ huiuscemodi nefarijs actibus essent obnoxij, ne videlicet deinceps simulacrorũ sese cultibus contaminarent, ne corpus fornicationi traderẽt, ne suffocatis vescerentur carnibus, & ne sanguinem vel bibendum, vel sumerent edendum. Vel, vt alijs placet, vt abstineant se à conta. simu. hoc est, vt abstineant ab esu immolatitiorum. Hunc enim sensum magis postulare videtur hoc idem in epistola post repetitum, vbi scriptum est ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων. Eu cherius omittens suffocatis per sanguinem intelligit sanguinem suffocatum, non dissimulans tamẽ alios secus intelligere.

L.

In Gẽ. c. 8.

a

Moyses enim à tẽporibus anti. habet in singulis ciui. qui eum prædicent.)Illud enim rationem reddere videtur quur decretum præmissum magis scripto voluerit, quàm sermone transmittere: vt sic hæc verba iungantur præcedentibus. Ideo ego Iacobus scripto tradendum decretum hoc censeo, vt non minus tatum habeatur quàm lex Moysi, quę literis mandata per singula sabbatha prælegitur. Chry. vero secus cõtinuat sermonis seriem. Scribit enim apud suum interpretem ad hũc modum. Et ne quis obijciat, quare non & Iudæis eadem scribimus, addit: Moses ab ætatibus antiquis per singulas ciuitates habet eos q ipsum prædicant: hoc est, Moses illis continuò loqui tur. Hoc est enim quod per omne sabbathũ legitur.

G.

Vbi per omne sabb. legi.

Ex capite XVI.

Filius

Filius mulieris Iudææ fidelis. Fidelis πιστὸς paterni casus est, construiturq; cum mulieris: quæ nõ vidua, sed Iudæa hic scribitur.

Dogmata. Græcum verbum est, ἀπὸ τοῦ δοκεῖν ab opinando dictum: & propriè significat scita, institura, vel placita.

Verbum Dei in Asia. Quæ sit hæc Asia indicat in li. de locis huius operis Hier. ita scribens: Asię regio quę cognominatur minor, absq; orientali parte qua ad Cappadociam Syriamq; progreditur vndiq; circũdata est mari: cuius prouincię sunt Phrygia, Pamphylia, Cilicia, Licaonia, Galatia & aliæ multæ, sed specialiter vbi Ephesus ciuitas est Asia vocatur. A.

Sequente die Neapo.) Non illam dicit Neapolin, quæ in Italia est, sed aliam aut Cariæ prouinciæ quæ est in Asia, aut (q̃d probabilius est) Thracię siue Macedoniæ haud procul à Philippis. H.

Vbi uidebatur oratio esse.) ὅ ἐνόμιζεν προσευχὴ εἶναι, etiam esse potest, vbi solebat esse precatio, & eo loco, quo sancitum erat precari Deum. E.

Spiritum Pythonis. Vel Phytonẽ iuxta alios codices vt appositiuè cohęreat cũ spiritũ: nam spiritus ille cuius afflatu futura prędicuntur python appellatur. De arte aũt pythonica, sic scribit B. hunc enarrans locũ. Quid phytonica diuinatio gerat artis in l. Re. inuenimus, vbi rogãti Saule phytonissa vel animã, vel pro ea potius spiritũ immundũ euocauit ab inferis. Quod magicę phantasię genus ab Apolline Pythio repertũ, atq; ab eius cognomine sic dicunt esse vocatũ. Sed & hebræum nomen congruit qui phitonas abyssi dicunt. 1. Reg. 28.

Dominis suis, quibus inseruiebat. Hæc enim fœmina quam modo puellam dixerat inter be. Lu. vocat παιδίσκην, quod etiã seruã, siue pediſſequã ſignat.

Indemnatos homines. Id eſt, inſudicatos, vel indicta & cognita cauſa damnatos, ἀκαταχρίτους.

Non ita: ſed ueniant, & ipſi nos eijciant. Vel potius παραγέτωσαν hoc eſt educãr, in teſtimoniũ videlicet
e. noſtræ innocentiæ, ne ſi clanculum fuerimus eiecti, quaſi malè nobis conſciĩ profugiſſe exiſtimemur.

Introierunt ad Lydiam.) Non liquet an ſentiat Lydiã mulierem illam purpurarum venditricẽ hoſpitam cũ Apoſtolorum, an Lydiam regionem. Itaq; vtrum verius ſit, lectoris iudicio relinquo.

Ex capite XVII.

THeßalonicã. Pen. pro. teſte Deſpauterio.

De colentibus gentilibus mul. ma. Id eſt, ex gẽtibus probaræ religionis: vel religioſorum græcorũ copioſa multitudo, vt ad verbũ ſonat τῶν σεβομένων ἑλλήνων πολὺ πλῆθος. Sentit autem eos qui gentilitatem Iudaiſmo commutarant.

Turba facta. ὀχλοποιήσαντες, eſſe poteſt facto populi tumultu. Nã ὄχλος nũc multitudinẽ ſignificat, nũc tumultũ, quemadmodum & turba Latinis.

Accepta ſatisfactione à Iaſone dimiſerunt eos. Budæus in græcæ linguæ Cõmen. in hunc incidens locum, ἱκανὸν λαμβάνοντες inquit, dicitur fideiuſſores in ſponſionem exigere & accipere. Latinorum vtique more dictus, qui ſatis accipere dicunt. Et interpretãs hæc verba ſubdit, καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ

τῆς ἰάσονος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπέλυσαν αὐτοὺς: & quum satis accepissent ab Iasone & ab alijs iudicio sistendi sponsionis, ipsos abire iusserunt.

Cum Iudæis et colentibus. Rursus colentibus dixit interpres, pro religiosis, quibus gentileis ad Iudaismum conuersos designat euangelista. V.

Seminiuerbius.) Id est, seminator verborum, locutuleius, & vt Plinius loquitur qui libens verba funditat, σπερμολόγος. ii.

Ad Ariopagum. Ariopagus locus erat Athenis, in quo de capitalibus rebus iudicabatur: vnde & ipsi iudices qui in eo loco consedebant ἀρειοπαγῖται appellati sunt. Sonat autem ἀρειοπάγος vel vt hic est ἀρείου πάγος Martis saxum, vel Martius vicus, vt alius appellat. L.

Ignoto Deo. Sub. dedicata est hęc ara. D. Hie. in cōmentarijs epistolæ ad Titum ca. primo, indicat Apostolum nonnihil immutasse in titulo, vtpote qui ad hunc modum scriptus fuerit. Dijs Asię & Europę & Aphricæ, Dijs ignotis & peregrinis. Vide locū modo indicatum. Cęterum de tituli huius ratione ita scribit D. Chry. Athenienses quia per multa tempora acceperant Deos etiā extraneos, vtpote templum Mineruę, & Panem, & alios aliunde, timentes ne forsan & alius quispiam esset, quē ignorarent, ipsis quidē nondum cognitus, qui tamen alibi colatur: propter maiorem igitur securitatem etiam illi altare erexerunt: Et quoniam non erat manifestus Deus, inscriptum est, ignoto Deo. Cæterorum hac de re sententias prętermitto, quòd minus mihi videantur habere veri similitudinem.

Fecitq; ex uobis om.ge.homini inhabi. Inhabitare
v. modo infinito dixit iuxta gręcanicę eloquutiõis formam pro ad inhabitandum: vel, vt inhabitaret, super vniuersam faciem terræ. In eo autem, quod dicitur ex vno, subintelligi potest homine, nisi malis ἑνὸς αἵματος ex vno sanguine, vt in gręcis & apud Chry. legitur: vbi (si modo mendo vacant exemplaria) αἵματος pro genere positum videtur: quo significato etiã sanguinis vocabulum Vergi. vsurpauit, dicens: Troiano à sanguine duci audierat. Præterea illud inhabitare poterit & latino more positum accipi, vt pendeat à fecit: nam causam quur hominũ genus Deus in terris agere voluerit, mox subiungit, dicens: quærere Deum, hoc est, vt quærat Deum.

Ca. n.

Definiens statuta tempora et terminos habitationis eorum, quære Deum, si forte attrectent eum, aut inueniant quamuis non longe sit ab unoq.no.) Græca non nihil dilucidiora sunt, sicq; habent, ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν, ζητεῖν τὸν κύριον, εἰ ἄραγε ψηλαφήσειεν αὐτὸν. καίτοι εὑροιεν, καίγε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπαρχοντα. Quæ ita verti poterant:
n. Metitus præordinata tempora, & terminos habitationis eorum, vt quærant dominum si forte manu contigant eum & inueniant, vtpote qui non longe sit ab vnoquoq; nostrum. Pro pleniori tamen horum intellectu scito illud quærere vel vt q̃ant Deũ, pẽdere ab illo inhabitare, aut à fecit. Fecit eñ, inquit, oẽ genus hominũ habitare in terra vt quęrãt dominũ: vel ob id hominẽ fecit, vt q̃rat dominũ. Præterea illud si fortè attrectẽt eũ, hebraica phrasi dictũ puto,

pro

pro ſiquidē, vel quia certè contingere eum poterūt: Nam frequēs eſt huius particulę ſi fortè vſus, vbi magis adfirmatio eſſe videtur quàm dubitatio.

Quidam ueſtrorum poetarum dix. Ipſius enim & genus ſumus. De Arato loquitur, ex cuius Phœnomenis hemiſtichium hoc heroicum adducit, τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. Sed ille quidem de Ioue dixerat, hic verò de omnium opifice aſſumit. Et τοῦ more poetico poſitum eſt, pro ὅντος. E. X. E.

Non debemus exiſtimare auro & argento aut lapidi, ſculpturæ artis & cogitationis hominis diuinum eſſe ſimile.) Id eſt quod aliàs traduci poterat, non debemus putare τὸ θεῖον quod diuinum eſt, vel Deum ipſum ſimilem eſſe auro, aut argento, aut lapidi, nimirum ſculpturæ artis & humanæ excogitationis, vt intelligas illud ſculpturæ caſus eſſe dariui, & per appoſitionem referri ad quodlibet illorum trium, lapidi, argento, & auro. Vel λίθῳ χαράγματι τέχνης & ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, lapidi, per artem, perq; humanum inuentum ſculpto. n. E.

Et tempora quidem huius ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc annũciat, &c.) Deus, inquit, huius tam pernicioſæ tempora ignorantiæ ὑπεριδὼν diſſimulans, hoc eſt, explanatore Chryſo. non puniens, vel ὑπερίδων, id eſt, deteſtãs, & abominans, nec amplius ferre volens (nam id noſtra verſio velle videtur) nũc tandem annunciat hominibus &c. Tempora autẽ ignorantiæ, hebraico more, ni fallor, dictum eſt pro temporibus ignorantibus: vel, per metatheſim pro priſtini temporis ignorantia. Ignorantiam verò

eam dicit, qua Athenienſes ipſi numen quoddam quod colebant, inſcriptione ignoti dei ſeſe teſtabantur ignorare. Immoratur enim argumento, de ignoto deo.

In uiro, in quo ſtatuit.) Ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, etiam eſſe poteſt in viro quẽ definierat. Græcis enim poſtpoſitiuus articulus, ſæpenumerò cum præcedenti nomine congruit, diſcrepans interim à verbo ſequenti. Et in viro, pro per virum, poſitum eſt.

E.

Dionyſius Ariopagita.) Hoc eſt, iudex qui in ariopago iudicia ferebat. Ariopagitæ enim iudices quidam erant Athenis ſumma integritate, qui de capitalibus rebus iudicabant, quales Romæ erant centũ uiri. Et locus ipſe in quo iudicabant Ariopagus dicebatur, hoc eſt, Martis vicus.

Le.

Ex capite XVIII.

Scenofactoriæ artis.) Hoc eſt, tabernaculorum opifices. Σκην& enim tabernaculum & tentorium ſignificat, etymologiam ab obũbrando dicens: nã σκιὰ vmbra dicit, & σκηναὶ vel σκηνώματα vmbracula ſonant. Quæ ſi Bedæ credimus, ſagis laneis, vel lineis, aut cilicinis, ſiue ex arborum frondibus aut virgultis veteres componebant. Alij putant tempore apoſtolorũ ea ex pellibus fieri ſolita. Vnde D. Hiero. in traductione cõmentariorum Origenis in epiſto. ad Ro. ca. vlti. hunc locum interpretatur, erãt enim artifices tabernaculorum, hoc eſt, inquens ſutores, vt ſubaudias tabernaculorum, ne ſutorem calciarium apoſtolum fuiſſe exiſtimes, vt nonnulli ex recentioribus perperam arbitrantur. Et Chryſo. interpres in epiſt. ad Corinth. priorem, homilia 5.

&

& Paulus inquit tentoria faciebat. Porrò scenofactoria dictio est ex græco & latino conflata: cuiusmodi etiam apud probatos autores reperiuntur, vt compresbyter apud Hieron. & monoculus apud Perot. In eo autem quod græcè legitur ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τῇ τέχνῃ, κατὰ particula subaudienda est, vt sic accipiamus, erant enim secundum artificiũ tabernaculorum operatores.

Sanguis ues. super ca. ue.) Hic sanguis ꝓ peccato ponitur, aut certè pro peccati vltione, quemadmodum & Mat. 27. Sanguis eius super nos. Desumpta sunt autem hæc apostoli verba ex Ezech. ca. 3. & hebraismum resipiunt, quibus significatur sua culpa perire ac mori quisquis perit ac moritur.

Quum adhuc sustinuisset.) Id est, expectasset, προσμείνας.

Qui sibi totõderat in Cẽchreis caput, habebat enim uotum.) De tonsione hac sic scribit Beda: Iuxta legẽ Moysi, qui se Deo vouerunt comam nutrire q̃ diu Nazarçi fieri velint, & postea eam tondere atq; igni tradere iubebantur. Hæc ergo fecit Pau. nõ quidem oblitus quid de abolitione legis cũ cęteris Apostolis Ierosolymis statuerat: sed ne scandalizarentur, qui ex Iudæis crediderant: simulauit se Iudæum, vt Iudæos lucrifaceret. Iudæorum enim imperitiæ consulebat (vt inquit quidam ex recẽtioribus) dum Nazaræũ simulabat, qui ipsi vitio dabãt q̃ legem nihili faceret. Quod aũt tonsio hæc à Paulo facta accipiatur primus autor Hier. est, quẽ sequitur Au. Be. & cæteri. Is enim in epistola quadam ad Au. de hoc Pauli facto & similibus differens, hũc locum his adducit verbis. Pau- Nu. 6. a. B. Hier. to. 2. ep. Tres simul.

Paulus verò cum adhuc susti.dies mul.fratribus valedicēs nauigauit in Syriam,& cum eo Pris.& Aqla, & totondit sibi in Cenchreis ca.votum enim habuerat. Et de Paulo loquens ibidem sic scisciatur. Quare comam nutriuit ex voto: & postea eam in Cenchreis totondit ex lege, quod Nazaræi, qui se Deo vouerint iuxta pręceptum Moysi facere consueuerunt? Verum interpres noster, qui ὁ κειράμενος hac vertit periphrasi, qui sibi totonderat, non ignarus q; immediatè Aquilæ viri præcederet vocabulum, q̊d studio videtur vxoris nomini postpositū, scribensq;, nauigauit in Syriam,& cum eo Priscilla & Aquila, qui sibi to. in Cen.ca.videtur tonsionem de Aquila intellexisse. Atq; in hac sentētia videtur fuisse Chry. scribens quòd Paulus illos nempè Pris. & Aquilam nondum à Iudaica consuetudine abduxerat. Huic etiam adstipulatur quod nonnulli codices habent, qui sibi totonderant, deinde etiam quòd infra ca.21. simile scribitur de Paulo factum. Cæterum de tonsione & lege eorum qui sese voto obstrinxerant habes li.Num.ca.6.

Potens in scripturis.) Præpollens peritia scripturarum.

Contulit multum his qui crediderunt.) Multum contulit dictum est, pro multam vtilitatem attulit. Vnde & Beda, alia inquit translatio habet, profuit multum credentibus per gratiam.

Ex capite XIX.

Su. IN *schola Tyranni cuiusdam.*) Tyrannum, hoc loco non præpotentem quempiam aut magnatē signi-

significare, sed nomen esse proprium viri illud τινὸς adiectum subindicat. Est enim græcis vsitatus hic loquendi modus, præsertim quum is de quo agitur ignotus est. Sic infrà hoc eodem ca. Demetrius autē quidam nomine, argentarius. Et Mar. 15. Angariauerunt prætereuntem quempiam Simonem.

Sudaria & semicinctia.) Eadem hæc vocabula & beatus Lucas græcè scribens vsurpauit, nisi quòd orthographia mutata sit in σημικινθία. Sunt autem semicinctia vel potius semicincta succinctoria seu ventralia, sic dicta quòd medium hominē cingant, ventremq; & cætera velanda, tegant.

Exorcistis.) Exorcista, ἐξορκιστὴς adiurator interpretatur, ἀπὸ τοῦ ἐξορκίζειν, adiurare.

Cuiusdam Sceuæ Iudæi.) Sceua siue Sceuas definenti a latina proprium nomen est, & interpretatur vulpecula, clamans vel loquens, vt testis est Hiero. Incertum tamen est, Scena ne potius, an Sceua sit legendum: propterea quòd codices & explanatores variant, de quo plura suo loco.

Et dominatus amborum inualuit con. cos.) Si amborum legamus, vti habet vulgata editio, videtur dominatus accipiendum pro dominatum, hoc est, pro κατακυριεῦσαν quod nonnulli habent codices, vt intelligas dæmonium vtriq; fuisse dominatum, & 7. Sceuæ filijs exorcistis, & nihilominus homini ab ipso iam dudum obsesso, ita tamen vt amplius inualuerit aduersus illos. Si verò κατακυριεύσας ἀυτῶν legamus intelligendum est hominem ipsum dæmoniacum dominatum fuisse & inualuisse aduersus Sceuę filios. Sensus tamen in idem recidit.

Inue-

Inuenerunt pecuniã denariorũ quinquaginta miliũ. Idem quod græcè ad verbum ita scribitur. ἔυρομ ἀργυρίου μυριάδας πέντε, inuenerunt argenti myriadas quinq; Quam summam Budæus quinq; milia aureorum, uorum valere putat.

Transita Macedonia.) Transita media correpta legendum.

De hoc artificio est nobis acquisitio. Acquisitionẽ ꝯstum intelligit & lucrum: est enim ἐυπορία quod etiã facultatem, & abundantiam declarat.

Non solum autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem uenire, sed & magnæ Dianæ templũ.) Græca ad hunc habent modum, οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν: ἀλλὰ & τὸ τῆς μεγάλης &c. quę secũdum sensum ita reddi poterant. Non solum autem periculum est ne nobis hęc pars veniat in opprobrium: vel non solum autem hãc partem in reprobationem nostri venturam necessario consequitur. Nam κινδυνεύειν non solum periclitari, sed etiam concludi & necessariò consequi, signat. Cætera quæ sequuntur probè reddidit interpres.

In theatrum.) Theatrum, est locus videndis spectaculis idoneus, à θεάομαι video.

De turba aũt detraxerunt Alexandrum propellẽtibus eũ Iudæis. ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου προεβίβασαν Ἀλέξανδρον προβαλόντων αὐτὸν, &c. Id est, ex turba aũt instruxerunt Alexandrum, proferentibus eum Iudæis, vt is videlicet reddita ratione præsenti occurreret

reret tumultui. προτρέπει enim, dici potest qui premonet instruitq; patronum causam acturum: quam προτρέπει etiam qui producit. Fortasse tamē interpres legit προτρέπεται. Alij Alexandrum hunc è turba detractum volunt, ne occideretur, aut ne Paulum defenderet, id quod vulgatus interpres sensisse videtur. G.In.

Quum sedaßet scriba turbas.) Gloss. or. subindicat eundem hunc esse scribam, qui modo Alexander proprio nomine designatus est. m.

Iouisq; prolis.) In huius ætatis codicibus & in Ch. pro Iouisq; prolis lego καὶ τῆ διοπετοῦς & ab Ioue vel è cœlo delapsi, vt subaudiatur simulacri, quemadmodum quibusdam placet: siquidem τῆ articulus neutri gen. vetat quo minus cū Diana cohærere possit Διοπετοῦς. Et statua Dianæ vulgò credita est cœlitus delapsa, vt testatur Suidas in dictione Διοπετές. Dicitur autē Διοπετὲς à Διὸς genitiuo nominis ζεύς Iupiter, & ἐπίσοφορ. β. verbi πίπτω cado. Porro interpretē nostrum Διοπαῖδος legisse res ipsa indicat: constat enim ex Διὸς Iouis, & παῖς παιδός, id est, proles. Vnde & ipsa ἄρτεμις latinis Diana quasi Iouinia dicta est, hoc est, Iouis ex Latona filia, iuxta poetarum fabulas. E.

Conuentus forenses.) A foro dicuntur in quo iudicia fieri consueuerunt. Apud Lucam vnica dictio est ἀγορῶιοι, & potest esse causę forenses.

In legitima ecclesia poterit absolui.) Legitimam inquit Chry. ecclesiam siue congregationem vocat, eò quòd tres conciones iuxta legem quolibet mense fierent. Illa autem (nempe conuentuum forensium)

sium) erat præter legem. Hæc ille. Vel legitimam ecclesiam à conuentibus forensibus distinguit, quòd illa publica esset, ni fallor, hi priuatiores.

Quum nullus obnoxius sit, de quo possimus reddere rationem, concursus istius.) Μηδενὸς αἰτίου ὑπαρχόντος ᾧ δυνησόμεθα δοῦναι λόγον τῆς συγχύσεως ταύτης, id est, quū nihil causæ subsit, qua poterimus defendere concursum hunc: vel quū nemo in causa sit, siue autor sit concursus istius, quem poterimus dicere obnoxium. Atq; ita illud de quo poterimus dicere rationem, per parentheſin accipiendum est. D. Chry. dum hæc verba explanando resumit negatiuè legit, de quo non poterimus dare rationem: itaq; sensus hic erit. Quū nemo obnoxius sit vel quum nemo in causa sit concursus huius, pro quo non poterimus dare rationem.

E.

Ex capite XX.

VBi quū feciſſet.) Hoc est, egisset menseis treis.

Sosipater Pyrrhi Beroeensis.) Beroensis vel Beroeensis, vt recentioribus placet, nom. ca. est, vt pertineat ad Sosipater. Est autem σωσίπατρος Sosipater græcum vocabulum, & interpretatur saluans patrem, vel salus patris: itemq; & πυῤῥός pyrrhus, ꝙd fuluus dicitur. Quanquàm D. Hiero. aut siquis alius fuit, inter hebræa recensens: illud, narrans: hoc, dissoluens interpretatur. Sosipater Pyrrhi sub. filius.

Disputabat cum eis.) Apud Euangelis. tantum est διαλέγεσθαι ἀυτοῖς verum in datiuo huius nominis ἀυτός sæpe numero ὁ σὺν subintelligi oportet quanq; etiam

cabulo, iuxta illud, Secundum certissimam sectam nostræ religionis vixi Pharisæus, vel (quod probabilius est) sectã vitamq; Nazarenorum. i. Christianorũ, cuius paulò superius tanquàm autor accusatur, quã increduli heretim nuncupabant, designat. Inf. 26. b.

Deseruio patrio Deo.) Quem maiores nostri coluerunt, nobisq; colendum tradiderunt.

Quidam autẽ ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præstò esse &c.) Chrysо. omissa particula autem coniungit hæc cum superioribus. Inuenerunt me purificarum in templo quidam Asiatici Iudæi. Poterit etiam subaudiri aliquid quod orationem reddat perfectam & cohærentem, vt sic dicatur. Quidam autem, vel, (vt græca sonare possunt) quinimò quidam ex Asia Iudæi, qui in me populum concitarunt, quos oportebat apud te præsto esse & accusare si quid haberent aduersum me, illi dicãt & accusent: aut quia illi absunt, hi ipsi Ananias videlicet cum senioribus & Tertullo dicant, si quid inuenerunt in me iniquitatis. Est præterea qui hoc pacto sarciendum sermonem autumet. Cæterum quidam Asiani Iudæi concitauerunt eum tumultum nõ ego: quod vt rectè quadrat cum illo quod supra dicitur ca. 21. Hi qui de Asia erant Iudæi quum vidissent eum in templo concitauerunt omnem popu. & iniecerunt ei manus, ita non video quomodo aptè cohæreat cum illo quod hic subsequitur, aut hi ipsi dicant: vt fileam interim quod nec præcedentibus magnopere congruat. Hi ipsi dicant. n.

Nisi de una hac solummodo uoce, qua clamaui.)

Pro nisi græcè est ἤ, quod quia nunc aut, nunc quàm siue nisi interpretari solet, dupliciter poterit hic locus accipi. Primò sic. Ipsi dicant siquid inuenerunt in me iniquitatis: sed non habent de quo me accusent, nisi de vna hac solummodo voce qua clamaui inter eos stans, nempè de resurrectione mor. ego iudicor, quod vtiq; causa damnationis mihi esse non potest. Aliter sic. Ipsi dicant si quid inuenerũt in me iniquitatis: aut ipse ego liberè meipsum accuso de vna hac tantummodò voce &c. contestans hanc vnam & omnẽ esse accusationis meæ causam. Subest autem sermoni aposiopesis, his quibus diximus modis declinanda.

Biennio autem expleto.) Quo Paulus scilicet Cæsariæ detentus est.

Ex capite XXV.

IN prouinciam.) De Palæstina sentit, cui subinde noui ab imperatore Romano destinabantur præfecti, vt testis est Rabanus.

Se autem maturius profecturum.) Maturius abusus est Int. ,p celerius: est enim ἐν τάχει hoc est celeriter.

Qui ergo in uo. inquit potentes sunt.) Potentes incertũ est an primores dixerit, an eos qui citra suum incommodum possent ipsum comitare.

Nemo potest me illis donare.) In gratiam videlicet ipsorum, & ad meam condemnationem. Nec enim est simpliciter donare, sed χαρίσασθαι, quod est ad gratiam conferre, quod vtiq; fecisset si illis Paulũ condemnasset.

Ber-

Bernice. De hoc nomine varia est apud scriptores sententia. Alij Beronice scribunt, voluntq; sororem fuisse Herodis. Iosephus Li. de bello Iudaico 7. Beronicen scribit Aristobuli fuisse vxorem. Alij Bernice scribunt, huiusq; Herodis vxorem fuisse tradunt: alij rursus cognatã: alij viri nomen existimãt, quod postremum magis habet veri rationem, quòd Bernice in sequentibus in auditorium cum tribunis & primatibus ciuitatis introisse cõmemoretur, deinde & post præsidem inter eos, qui confederant primus annumeretur. Producit autẽ pe. teste Despau. n.

Donare aliquem hominem. Donare dixit vt supra pro ad gratiam alicuius tradere, vt sic traditus pereat. Quo factum est vt in nonnullis etiam codicibus damnare legatur, pro donare. Vnde & in græcis (si modo id Lucæ est) adiectũ visitur, donare aliquem εἰς ἀπωλείαν in interitum. Infr. 25. g. & 26. g.

Cũ multa ambitione.) μετὰ πολλῆς φαντασίας cum multa ostentatione, vel cum multo strepitu.

Sine ratione e. mi. uidetur.) Pro sine ratione est, ἀλόγως, hoc est, stultum & irrationale mihi esse videtur.

Ex capite XXVI.

TE sciente omnia quæ apud Iudæos sunt, quæstiones, & consue.) De solœcismo excusari rectè potest. Int. si omnia substãtiuè accipiatur pro omnibus rebus quæ sunt consuetudines, quæstiones & id genus alia, quæ recensere longum fuisset: vt quæstiones & consuetudines cum illo omnia per appositionem cohæreat. Te sciente omnia, nempe quæstio a.

nes & consuetudines, &c.

Et nunc in spe quæ ad patres nostros repromissionis facta est.) De spe loquitur futuræ resurrectionis ob quam potissimũ in ius accitus fuerat. Eam spem vocat repromissionis, id est, promissam, vtpote quæ patribus promissa sit. De hac enim resurrectione scriptum est apud Soph. ca. 3. Quapropter expecta me dicit dominus in die resurrectiõis meæ in futurum: quia iudicium meum vt congregem gentes. Item apud Iob in multis locis. Pro illo autem, in spe, commodius est ἐπ' ἐλπίδι propter spem: siquidem ἐπὶ iũcta dandi casui causæ nota est.

E. *In quibus dum irem* Da.) ἐν οἷς esse potest inquibus negocijs versans: vel hæc agens, dum iter Damascum.

Si passibilis Ch. si primus ex resur.) Si, pro siquidẽ vel quia dictum est. Et Christus primus ad vitam immortalem resurrexit.

Ex capite XXVII.

VT autem iudicatum est nauigare eum in Italiã & tradi Paulũ cũ reliquis custodijs Cẽturioni. Intelligendum est ex regis Agrippæ sententia iudicatũ ac decretũ fuisse, vt Paulus cũ aliquot alijs custodijs, hoc est vinctis traderetur centurioni, cumq; hoc nauigaret in Italiam ad Cæsarem. Quod autem in græcis secus legimus, vt autem decretum est vt nos nauigaremus in Italiam, tradiderũt & Pau. & quosdam alios vinctos centurioni, re coincidit cũ lectiõe vulgata. In qua illud etiã admonendũ, nõ faciẽdam perio-

Custodiæ pro custoditis.

etiam non pessime quadraret disserebat eis.

Transnauigare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asia.) Ephesus enim in Asia sita est. Transnauigare dixit, pro præternauigare: id enim est παραπλεῦσαι.

Alligatus Spiritu uado. Spiritu alligatum se dicit, quia Spiritu S. reuelante, non per se tantum sed per per alios (ex quibus erat Agabus) Ierosolymæ alligandum se cognouerat. B.

Nec facio animam meam, uitam meam.) Græca simpliciora sunt, οὐδὲ ἔχω τὴν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, neq; habeo siue duco animam meam preciosam mihi ipsi. Chry. tamen nobiscum preciosiorē legit.

Qua propter contestor uos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium.) Testificatur hoc sermone apostolus, se innoxium esse ab interitu eorum, qui pertinaciter ad ipsius prædicationem in infidelitate perstiterunt.

Non enim subterfugi.) Sentit Paulus se nihil detrectasse neq; periculi neq; laboris, qui modo ad illorum pertineret vtilitatem. Idem autem est hic verbum quod paulò superius versum est, subtraxerim ὑπεστειλάμην. B.

Lupi rapaces. Βαρεῖς, rapaces transtulit, rē ipsam indicans potius quàm vocis sonū. βαρύς enim simpliciter molestum & grauem sonat. n.

Omnia ostendi uobis. ὑπέδειξα, id est, præmonstraui vobis per exempla: nō modo videlicet doctrinę inter pressuras & lacrymas insistendum, verū etiā B.

(ne quis infirmorũ grauet) manibus esse laborandũ.

Quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quã ac. Aut discipulis referentibus à Christo id dictũ esse accepit euangelista, aut sensum enunciauit eius, q̃d est apud Lucam ca. 14. Quũ facis conuiuiũ voca pauperes, debileis, claudos, cęcos, & be. eris, qa nõ possunt retribuere tibi: q̃d posterius mihi videt ꝓbabilius.

Ex capite XXI.

QVum apparuissemus autem Cypro.) Per hypallagen dictum est, pro eo quod est, quum apparuisset nobis Cyprus: nimirum simile illi, trade rati ventos, pro trade ratem ventis.

Nos uero nauigatione explicita, à Tyro descendimus.) Illud πλοῦν διανήσαντες, etiam esse potest nauigationem perficientes, id quod magis quadrat, propterea quòd nõ ante expleuerint nauigationẽ,
G. quàm peruenissent Ptolemaidẽ. Et ἀόριστος nõnunq̃ pro rei exigentia pręsens potius tẽpus indicat quàm præteritum, vt merito ἀόριστος, hoc est, indefinitus appelletur.

E. *Quũ suadere ei nõ possemus.* μὴ πειθομένου ἢ αὐτοῦ id est, quum ipse persuaderi nollet, vel quum non obtemperaret.

Aemulatores sunt legis.) Sentit imitatores legis Mosaycæ, aduersus Paulum.

Quia disceßionem doceas à Moyse, eorum qui per gentes sunt Iudæorum.) Hoc est, quòd apostasiã siue defectionem doceas à Moyse omneis, qui apud gẽtes sunt Iudæos. Sic enim græca resonant,

Secundũ

Secundum consuetudinem ingredi.) Id est, secundum morem & instituta Iudæorum.

Sunt nobis uiri 4. uotum habentes super se.) Hoc est, (vt elucidat quidam hebraicarum rerũ non vulgariter doctus) Nazarei, id est, qui se voto purificationis, id est, Nazareatus obstrinxerãt. Quales autẽ fuerint Nazareorum ritus ex Num. ca. 6. discere potes. Vide item locũ illũ, Qui sibi totonderat, supra ca. 18.

Impende in illis.) Id est, offer hostias & munera vnà cum illis vt solet fieri in talibus: sic enim interpretantur. Vel Ἀναλώσατε ἐπ' αὐτοῖς, id est, sumptus fac propter illos. Testatur enim is, quem modo citaui pauperes hos fuisse, nec habuisse in promptu oblationes quas offerrent. De ritu autem & oblationibus eorum, qui se Deo deuouerant habes Nu. 6. N.E.

Trophimum) Mediam corripit.

Alij autem aliud clamabant.) Id est, diuersi diuersa clamabant. G.in.

Ducit in astra.) Εἰς τὸ παρεμβολήν. Ita vocat locum communitum, vel tribunal arcem. N.E.

Et quũ uenisset ad gradus. Gradus, inqt B in glos. or. descensionis de templo, sed ascẽsionis in castra significat. Supra enim è tẽplo protractũ Paulũ dixerat.

Græcè nosti. Hoc admirãs sciscitatur tribunus, propterea q̃ Paulum Hebræũ græcè audiret loquentem.

Nõne tu es Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti?) De hoc Aegyptio Iosephus Lib. anti. Iuda. vigesimo capite sexto scribit in hæc verba. Venit, inquit, aliquis ex Aegypto ad Ierosolymam, dicens se esse prophetam: & populari multitudini iussit, vti

fit, vti cum eo ad montẽ, qui dicitur oliuarum, positum è diuerso ciuitatis procul ſtadijs quinq; conſcenderent: velle ſe dicens eis exinde mõſtrare, quia eo veniente, Ieroſolymorum muri corruerent, vnde ingreſſum eis faciendum eſſe promittebat. Fœlix autem quum hæc audiſſet iuſsit militibus vt arma ſumerent. Quo facto, cum multis equeſtribus impetu facto ab Ieroſolymis irruit ſuper eos, & quadringẽtos quidem eorum gladijs interemit, ducentos verò viuos cœpit. Ipſe autem Aegyptius lapſus fuga diſparuit. Hæc ille.

Virorum ſicariorum.) Sicarius latinum vocabulum eſt, licet ab euangeliſta vſurpatum, ſignificatq; interemptorem, à ſica genere gladij breuioris: dicturq; ſica quaſi ſeca à ſecando.

Non ignotæ ciuitatis municeps. Hoc eſt, non ignobilis ciuitatis, nimirum Tarſenſis ciuis. Poſſet tamẽ & de Roma ciuitatum nobiliſsima id dictum accipi, cuius apoſtolum municipem fuiſſe conſtat.

Ex capite XXII.

Oe. VOcem autẽ non audierunt, eius qui loquebatur mecũ. Notanter adiecit eius qui loquebatur mecũ, diſtinguens videlicet hanc vocẽ ab ea, quam be. Lucas ſupra cap. 9. à comitibus Pauli auditam fuiſſe teſtatur, audientes quidem, inquiens, vocem, neminem autẽ videntes, quod non de Chriſti compellantis, ſed de Pauli voce intelligendum eſt. Quod n. autem de mutata ſcriptura quidam adferunt, friuolum planè mihi iudicatur. Cæterum ante illud vocem

cem autem græci præmittũt καὶ ἔμφοβοι ἐγένετο, & exterriti facti sunt. Videtur tamẽ adiectum à quopiam, vt hic locus magis respondeat ei, qui est supra ca. 9. Strabant stupefacti, &c. Dissonantiam de voce Eucher. aliter concilians, Quantum ad sonum, inquit, pertinet audierunt vocem, quantum ad verba, non audierunt. E.li.quæs. no.tes.

Et *consentiebam.* Subaudi sublationi vel morti eius, id quod in græco hodie contextu exprimitur. τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ.

Et *torqueri eum, ut sciret propter quam caus. sic accla.*) Torqueri eum iubet, & μάστιξιν ἀνετάζεσθαι, id est, flagris examinari vt ipse tribunus sciret, &cæ. Cædendi verbũ græcis abest, & additur ὑπέρ, an rectè ignoro.

Si hominem Romanum. Romanum se dicit, quia Romanorum ciuium priuilegijs potiebatur, tametsi natione Romanus non esset. Nam quum dicit.

Ego autem & natus sum.) Non Romæ natum sed ex ciue Romano se natum insinuat, cuius gratia etiam huiusmodi priuilegijs donabatur. Tarsensis ergo erat Pau. natione, Romanus autem priuilegio & dignitate. Docet hæc eadem & multis & manifestis rationibus Oecu. si quis fortè plenius edoceri voluerit. X.

Ego *multa summa ciuilitatem hãc cõsequutus sum.* Sentit se multo precio sibi comparasse, vt ciuis esset Romanus.

Ex capite XXIII.

Aliàs percutiat

PErcutiet te Deus paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti? Et qui astabant dixerunt: Summum sacerdotem Dei maledicis? Dixit autem Paulus: Nesciebam fratres quia princeps est sacerdotũ. Scriptũ est enim: Principem populi tui non maledices.) Quidam arbitrantur Paulum non ignorasse summum sacerdotem, sed per ironiam atq; irrisionem dixisse, nesciebam fratres quia princeps est sacerdotum &c. aut vt alijs videtur hac ratione cedere voluisse tumultui, vt videlicet se ignorasse pontificem diceret, qui non põtificem sed tyrannum se ac parietem dealbatum te
u. ipsa declarabat. Verum ego D. Io. Chrysostomi autoris vt vetustioris, ita & probatioris sententiæ potius subscribendum censeo. Ipsius itaq; cõmentum subscribo. Quidam, inquit, dicunt quod sciens irriserit: mihi autem videtur quod neq; omninò scierit, quòd esset princeps sacerdotum, alioquin & honorasset. Ideo & defendit quasi accusatio fit: & addit: Principi populi tui non dices malè. Quid igitur dicit? Nam si non princeps esset, alium ne simpliciter contumelia notare oportuerat? Minime. Sed etiam is qui contumelia afficit, magis ferendus est. Digna autem quæstio est, quomodo alibi dicẽs, quum maledicimur benedicimus, dum persequutionem patimur sustinemus: hic sanè contrarium facit: & non
1. Cor. 4. solum conuicijs lacessit, sed etiam maledicit. Absit. Neutrum horum feciſſe apparet, sed rem exactius consideranti magis verba sunt liberè loquentis, quàm iracundi. Et aliter. Non volebat contemptibi

lis

lis videri tribuno. Si enim ille quidem tribuno pepercisset flagellari Iudæis exposituro, quòd à seruis eę deretur magis illum audacem fecisset. Propter hoc non ad ministrum sermonem vertit, sed ad eum, qui iusserat adornans. Quod autem dicit, paries dealbate & tu sedens iu. &c. dixit quasi hoc ei dicens. Reus existens & multis plagis dignus. (Et paucis interpositis subiicit) Et valde credo quod nescierit eum esse principem sacerdotum: eò quòd post longum tempus redierit, neq; continuò fuerit cum Iudæis, sed viderit illum etiam cum multis. Non enim iam manifestus erat princeps sacerdotum. Hactenus ille. Beda Augustinum sequutus, hunc locum ad allegoriam refert: vultq; apostolum prophetando prædixisse typicum illud sacerdotium, quod erat in parietis dealbati similitudinem compositum mox abolendum, nimirum aduenientе iam nouo Christi sacerdotio: atq; ita omnia hæc non perturbato, sed leni tranquilloq; animo protulisse, vt posteriora illa verba, nescie bam fratres quòd princeps esset sacer. demonstrare videntur: quibus subtiliter indicasse apostolū putat iam sacerdotium Iudæorum esse reprobatum. Vide Aug.

Denouerunt se.) ἀνεθεμάτισαν, Hoc est, cum suî detestatione iurauerunt.

Iudæis conuenit rogare te.) Hoc est, consenserunt Iudæi vt rogarent te.

Expectantes promissum tuum.) προσδεχόμενοι ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν, expectantes à te promissionem. 23.

Hl. *Antipater idem.* Antipatris nomen ciuitatis Paleſtinę, quam Herodes rex Iudææ ex patris ſui Antipatri nomine uocauerat.

Et poſtera die dimiſſis equitibus ut cum eo irent reuerſi ſunt ad caſtra.) Sentit milites Antipatride rediſſe Ieroſolymã in caſtra vnde erant emiſsi, equites autem (quoniam non longè aberant à Cæſaria, ad quam properabant: iamq; minus erat periculi) ſolos illinc Paulum Cæſariam vſq; perduxiſſe.

e.

Ex capite XXIIII.

VBiq; *ſuſcipimus op.* Felix. Hoc eſt, veneramur probamus & commendamus: & ſubaudiendum tuam prouidentiam: niſi fortè interpres vertit ſuſpicimus. i. admiramur, & veneramur.

Hunc hominem peſtiferum. In græcis eſt λοιμόν peſtem, ſed poſitum pro peſtilẽti, quemadmodum & 1. Macha. ca. 15. ἐπὶδὴ ἄνδρες λοιμοὶ κατεκράτησαν τῆς βασιλείας, quandoquidẽ viri peſtilẽtes obtinuerunt regnum.

Autorem ſectæ Nazarænorum.) Sentit de ſecta Chriſtianorum.

A quo poteris iudicans.) A quo ſub. Lyſia tribuno poteris ἀνακρίνας, id eſt, drjudicans, vel inquiſitio ne facta, de omnibus iſtis cognoſcere.

Secundum ſectam, quam dicunt hæreſim. Secta hic dicit genus vitæ quod Paulus ex hebraico idiomate hic ὁδὸν, id eſt, viam appellat, iuxta viam inquiẽs quam dicunt αἵρεσιν. Quod ita interpretando Apoſtolus vel ſectam phariſaicam notiſsimo vulgo vocabulo,

periodum ante ascendentes, vt in græca fieri conuenit propter coniunctiuam particulam ἀ, sed perpetue legendum absq; particula autem, & tradi Paulum cum reliquis custodijs cẽturioni nomine Iulio cohortis Augustę, ascendẽtes nauem Adrumetinã, &c. Nonnihil tamen addubito num aliud quid legerit ac senserit Inter. propter illud eum, quum ad præmissam sententiam potius dicendum erat, nauigare Paulum in Ital. & tradi eum cum reliquis.

Sustulimus.) ἀνήχθημεν, Id est, soluimus vel sustulimus, id est, ad altiora maris tulimus.

Cnidum.) Cnidus insula est contra Asiam nobilissima adiacens prouinciæ Cathiæ: & est eiusdẽ nominis oppidum in insula Calymna. H. de Io. h.

Boni portus. Pluratiui sunt numeri.

Eò quod ieiunium iam præterijsset.) Ieiunium hic esse volũt tempus quoddam circa æquinoctium autumnale, quo Iudęi ieiunare solebant, post quod periculosior est nauigatio. Bur.

Consolabatur eos Pau.) Magis quadrat vt παρήνει pro admonebat accipiamus.

Video quoniam cum iniuria, & multo damno non solum oneris & nauis, & c. Idem quod quidam hoc magis pacto transferendum existimat. Video fore vt cum iactura & magno detrimento non solũ oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum nauigetur. V.

Gubernatori & nauclero.) Duobus nominibus vnum significauit, nam vtrunq; alterum signat.

Si

Si quo modo poßent deuenientes Phœnicen hyemare, portum Cretæ reſpiciẽtem ad Africum & Corum. Ambiguus eſt huius loci & ſenſus, & conſtructio. Poteſt enim ſic accipi. Si quo modo deuenientes Phœnicen, vel (quod commodius & clarius eſt) καταντήσαντες εἰς Φοίνικα, peruecti in Phœnicen in ea poſſent regione hyemare: Phœnicen inquam reſpicientem inſulæ Cretenſis portũ ad occidentalem mundi plagam, nimirum ad Africum & Corum, à qua inſula iam ſoluimus. Poteſt & hoc pacto accipi. Si quo modo deuecti in Phœnicen poſſent eum Cretæ portum hyemare qui ſpectat vergitq; verſus Africũ & Corum, vt παραχειμάσαι tranſitiue accipias propter παρὰ. Iam quod moderni ſcriptores ex his Lucę verbis colligunt dicuntq; Phœnicen hic non regionis, ſed portus eſſe nomen, equidem non admodum probauerim, maxime quum Hiero. diligenter de huius operis locis tractans tale nil indicauerit, ſed nec ſcriptores cæteri. Eſt autem Phœnix, vel vt alias ſcribitur Phœnice, & vt Hieronymus ſcribit Phœnicia, prouincia Syriæ, cuius partes ſunt Samaria & Galilæa, & aliæ plurimæ regiones. Creta vero Græciæ inſula eſt, centum quondam oppidis inſignis, famoſaque diuitijs, maximo æris. Ibi enim prima huius metalli inuentio & vtilitas fuit: cui proximum eſt in finibus Ciliciæ promontorium & oppidum Veneris.

N.

Supra. 11. & 15. 2.

H.

Ad Aphricum & Corum. Vterque ventus occidentalis: ille quidem à brumali: iſte vero flans ab occaſu æſtiuali. Forte Lucas pro eodem poſuit duabus

bus vtens vocibus, priore græca, altera Romana.

Quum sustulissent de Asson legebant Cretam. Id est, quum soluissent ab Asson nauigabant Cretam: vel παρελέγοντο τὴν κρήτην, id est, præternauigabant Cretam.

Ventus Typhonicus, qui uocatur Euroaquilo.) Typhon est ventus versans conuoluensq; E. Pro Euroaquilo est εὐροκλύδων vox inde dicta quòd ingentes excitet fluctus. Euroaquilo autem ab eurus & aquilo deducitur, quòd is ventus & flet inter eurum, id est, subsolanum & aquilonem, qui est inter septentrionalem & ventum orientalem.

Potuimus uix obtinere scapham. Qua sublata adiutorijs utebantur accingentes nauem.) Indicauit hic Beda non paucos versiculos manifestiori extare sensu, secundum alteram quandam translationem, quę ita haberet, Et arrepta naui cum non possent occurrere vento, commodata naui flatibus colligere vela cæperunt. Tunc transcurrimus insulam, quæ dicitur Caude, quã occupare non potuerũt: sed scapha missa adiuuare cæperunt nauem præcingentes eam. Trahebant autem & anchoras, timentes ne occurrerẽt in Syrtes. Vel vt paulo post scribit. Timentesq; ne in Syrtim exciderent laxantes antenas ita ferebantur.

Submisso uase sic ferebantur. Per vas alij scapham intelligunt, quòd ea demissa in mare ac pensili relicta ferrentur: alij vas simpliciter accipiunt onere alicuius refertum, quod demissum nauim retarda-

ret

ret præpropero cursu in: yrtes ferretur. Apud Chry. verò versum legimus demisso velo. Et supra annotauimus alteram translationem, quæ habuerit, laxantes antennas ita ferebantur.

Armamenta. Sunt instrumenta & munimenta, vt sunt funes & vela.

Multa ieiunatio. ἀσιτεία ieiunium signat vel inediam.

Nullius animæ. Animam pro homine posuit, per synecdochen.

In Adria. Casus est abla. Est autem Adria regio, vnde dictum est mare Adriaticum. Vide Rabanum in glos. or.

Bolidem. Bolis est instrumentum nauticum, quo quo exploratur maris altitudo, sic dictum παρα δ βάλλω, quasi iaculum.

Sinum uerò quendam. Sinum per translationem vocat maris locum littorum curuitate porrectum ad similitudinem sinus humani corporis. Est enim
Ca. sinus propriè pars illa corporis quæ est intra pectoris brachiorumq; complexum.

Leuato artemone. Artemon velum est modicum directioni nauis potius accommodum quàm celeritati. Ita propemodum Be. probè sanè quadrante rei narratæ expositione, sed dissentientibus literatoribus, artemonem alijs malum, alijs velum amplissimum, alijs trochleam interpretantibus. Vnde subo
n. let Bedã ἀντέμονα legisse vna mutata literula. Nam quę hic de artemone, eadẽ fere Cale. tradit de antemone, dicens esse velum quod potest facilius obliquari,

quari,& quo nautæ in ſummo tempeſtatis diſcrimine vtuntur.

In locum dithalaſſon. Græcum reliquit vocabulũ interpres, quod bimarẽ dicere poterat iuxta nominis interpretationem. Eſt enim dithalaſſon littus in mare protentum, eodemq; mari ſe diuidente hinc inde circundatum: vel vbi terræ interiectu duplex mare conuenit. B. G.e.

Et prora quidẽ fixa.ma.immo.pup. Prora eſt pars nauis anterior: puppis poſterior.

Vt cuſtodias occiderent. Cuſtodias vſurpauit pro cuſtoditis, quemadmodum & Sue. in Domi. Nec niſi ſecretò atq; ſolus pleraſq; cuſtodias, receptis quidã in manu catenis, audiebat.

Quoſdam ſuper ea quæ de naui erant. Quod nobis vetus reddidit Inter. id propriè eſt q̃d habet euangeliſta, ſcribẽs ὅς δὲ ἐπὶ τίνων τῶν ἀπὸ τοῦ πλοίου, ne quis de nauigij fragmentis intelligendum putet, vt quidam interpretatur, quin potius de inſtrumentis nauticis, vt ſunt remi, antennæ, fori, vel de his quæ in naui ferebantur. Su.

Ex capite XXVIII.

Accenſa enim pyra. Non eſt hic πυρὸς vocabulum à πῦρ, ſed πυρὰ à πυρέω, quod ſtruem ſignificat lignorum.

Sarmentorum. Sarmenta ſunt ramuſculi ſuperflui qui vitibus reſecantur.

Vipera. Serpentis genus, hinc dictum quod vi pereat. De hac in Lu. ca. 3. diximus, de qua ſi copioſius deſideras

desideras vide Hieronymum ad Præsi. & Ambro sium li. Hexa. 5. ca. 7.

Benigne exhibuit. Humaniter tractauit, vel excepit.

Dysenteria uexatum. Dysenteria dolor est et exul ceratio intestinoru, frequensq; ventris profluuium. Hunc morbum latinè, (nam illud græcum est) tormina vocamus.

Ca. *Insigne Castorum.* Castores vocantur Castor & Pollux Iouis & Ledæ filij: quos tradunt fabulę post mortem inter notissima sidera cõstitutos, quorum sidus gemini dicitur. Hos etiã gentiles in mari deos
B. inuocant, quia in prodigijs nauarum, si solitariæ stellæ in naui vel antennis apparuerint periculosi, si vero geminæ prosperi cursus sunt nunciæ. Horum itaq; imagine probabile est (teste Oec) pictum fuisse nauigium.

Circumlegentes. Circumnauigantes.

Appij forum.) Nonnulli locum esse putant in vr
H. be Roma: alij oppidum haud procul à Roma dissitum, de quo Orat. li. ser. 1. sat. 5. Egressum magna me accepit Aritia Roma, Hospitio modico rediior comes Heliodorus, Græcorum longè doctissimus: in
Ca. de forum Appi: alij verò locum quendam inter Ro mam & portum Romanum, qui portus aliquot ab vrbe distat milibus. Horum sententia probabilior videtur: nec minus probabile est, quod his consentiens tradit Oe. ita scribens. Vsq; ad Appij forum, et tres tabernas. Loca quędã designat, inquit, ante Ro mę ingressum, priorem quidẽ habentem Appij fa

tuam

tuam, vt verisimile est, & dictū illius forum: quemadmodum ad hoc vsq; tempus, regum aut Imperatorum imagines apud Romanos φόρους appellantur. Loca vero tabernarum vsum insinuant quorūdam diuersoriorum cauponarum, quæ Romanorum lingua ita appellantur.

Propter spem.) Futuræ resurrectionis.

Descendebant dicēte Paulo uer. qui bene. Intelligendum est hoc vno sermone ex Iesa. prolato quo taxarat illorum incredulitatem, maxime fuisse commotos vt à Paulo discederent.

Auribus grauiter au.) Id est, segnibus auribus facti sunt. X.

In suo conducto.) Id est, in domo, quam sibi ipse dato precio conduxerat: id enim græca vox indicat μίσθωμα, à mercede & domo compositionem hominis.

FINIS.